



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

... Hic Tomus Quartus Allegoricis Expositionibvs Et Qvæstionibvs Vtrobique
Salvberrimis Tractat

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

In Cantica Canticorum expositio, libri septem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72011](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72011)

LUCERO.
Psal. 126.
Res.

Unde dicitur, *Olim in cincere & cilicio sedentes paniterent: id est humiliari.* Et Propheta, *A facie manus tua solus sedebam, quia conminatione replesti me.* Sed & Psal. *Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite, postquam ederitis, qui manducatu panem doloris.* Quod est aperte dicere, Quid in praesenti queritis gaudere, quod electis in futuro reservatur? Non enim potestis in hac vita, id est ante lucem, superemis retributionis gloriam vera felicitatem habere: quin potius postquam hic humiliati fueritis ad tempus, illic vos perpetuum veraciter exaltando sperate: vos quibus amarum est omne quod feculi amatioribus jacundum videtur & dulce. Surgunt ergo filii Ecclesiae, & beatissimam eam predicant, cum celestibus bonis sublimatis, quanta sit illius patrie beatitudine, cuius participes esse meruerunt, aperient. Et hanc debita laudatione in divina visione concelebrant. Laudat eam vir ipsius, cum bona que ipse donavit, remunerat. Quibus autem verbis eam laudet, consequenter offendunt cum dicitur,

Multa filia congregaverunt divitias, tu supergressa es universitas.) Multas filias, Ecclesia dicit haereticorum & malorum iubas: catholicorum filiae dicuntur vel Christi vel Ecclesiae, quia etiam ipsae sunt Dominicis tenaces sacramentis, & adoptionem filiorum, quam non custodiunt, percepunt. Unde & Joannes ait, *De nobis exierunt, sed non erant ex nobis.* Quae congregaverunt divitias, videlicet bonorum operum operationes, jejunia, eleemosynas, afflictionem & castigationem carnis, continentiam lingua, meditationem scripturarum, & cetera huiusmodi. Quae veræ sunt divitiae spiritus, ubi pura mentis sinceritate geruntur: ubi autem sine fide, qua per dilectionem operatur fuit, nihil ageribus profuit. Sed & illæ filiae fructu congregarunt divitias: de quibus Dominus ait, *Multi dicunt mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo demonia expelimus?* & tunc confitebatur illa, *quia nungquam novi vos.* Sed omnis istiusmodi filias Ecclesia Catholica supergreditur, quae fide casta, & opere perfecta redemptoris sui vestigia secat.

Schin.

Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Deum ipsa laudabitur.) Fallax est gratia laudis, quia ab homine accipi: vana pulchritudo cultitatis, vel operationis bona, quam hominibus ostendat anima, quia timore caret divino. At illa conscientia vera est laude digna, quia timorem Dei in omnibus servat. Ipse est enim principium cunctarum, custos, que virtutum scriptura dicente, *timor Domini principium sapientiae.* Ecclerū, *qui timet dominum, nihil neglegit.* Hic est enim, quod ideo beatus Job, & in prosperitate virtutibus incomparabiliter floruit, & in adversitatibus insuperabilis hostis permanxit: quia veraciter dicere potuit, *semper enim quasi tumenes super me fatus sum a domino, & pondus eius ferre non petui.* Fallax est ergo simulatorum gratia: vanus decor operis stultorum. Ecclesia autem, quae in timore incolutus sui temporaliter conversatur, quoniam ardentes virtutum lampades venienti ad judicium suo sponso offeret, jurabat eo laudata, januam cum eo regni coelestis intrabit. Qualiter autem eam laudet, terminali versu docetur:

Thau.

Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.) Hæc sunt enim verba viri illius, de quo dicitur ait, *Vir eius, & laudavit eam: id est dominus & salvatoris nostri, qui angelis in fine præcepturus est, ut Ecclesiæ post hujus vice certamen, post triuallationem afflictionum terribilium, ad coelestis regni gaudia introducant, ac vita immortalis fibi sociam aggredit.* Juxta illud Evangelium, *Triticum autem congregare in borream meum.* Date, inquit, et de fructu manuum suarum, quia fructum spiritus fert curavit, charitatem, gaudium, pacem, benignitatem, bonitatem, modestiam, continentiam, fidem, patientiam. Pro hoc illi debitam rependite mercedem, & laudem eam in portis: hoc est, in iudicio live in ingressu patria coelestis. Non hominum favore supervacui, sed opera ipsa que fecit, examinante, probante ac remunerante illo, cuius hæc donante gratia, à quo laudari merearuntur in futuro, concedat ipse proprie, nos eum dignis in praesenti vita collaudate servitus. Amen.

In proverbia Salomonis Libri tertij finit.

BEDÆ PRESBYTERI IN CANTICA CANTICORUM LIBER PRIMUS, DE GRATIA DEI, contra Julianum.

*S*cripturus, juvante gratia superna, in Cantica Canticorum, primò admonendum putavi lectorum, ut opulcula Juliani Celanensis Episcopi à Campania, quæ in eundem librum consecuti, cauissimè legat: ne per copiam eloquentiaz blandientis, in cœnum incidat doctrina innocentis. Sed ut dici solet, ita carpas bottum, ut & spinam caveant: id est, in dictis ejus sanos sensus scruteant & eligant, ut non minus vitiæ infans. Vel potius illud faciat Maronis, *Qui legit flores, & huminascentia fraga, Frigidus ô pueri suus gite hinc, latet anguis in herba.* Hoc est ab ejus le per omnian lectione compescat, cum haber eos, qui euodem librum & lanis sensibus, & simplicioribus verbis exposuerunt. Est enim homo, ut rhetor peritissimus, ita gratia Dei post Pelagiun, impugnator acerrimus: ut aperius scripta ejus, quibus contra strenuissimum eisdem gratia propaginatorem Augustinum insinuavit, ostendunt. Cujus causa duelli, primum de amore libellum composuit: sub obtenu, quasi hunc à feedissima foret voluntas seceruntur, re autem vera tam confirmatus hæresim; qua, ut breviter plura constringantur, docet nos, per arbitrium liberae voluntatis posse bona facere, quæ volumus, quamvis per auxilium unæ gratiae Dei facilis ea perficiere queamus: quomodo viantes iter, & pedibus quidem peragere valeamus, sed misere absque dubio labore, cum nobis equi, quibus vehemens, affuerint. Immemor Apollotæ admonitionis, qua dicit, *Cum metu & tremore & frigore salutem operamini.* Deus est enim, qui operatur in nobis & velle & perficiere. Et quod est gravius, impugnat eis qui non ait, *Sine me modicum quid possetis;* sed, *sine me, inquit, nihil potestis facere.* Docet clausa legis sacramenta solos intueri posse eos, quos oculatos & eruditio reddidisset & pietas: oblitus gratiae Dei, qua etiam illitteratis & idiots, scripturarum arcana revelavit: dicens Evangelista, *Tunc aperuit illi sensum, ut intelligentem scripturam.* Quos idiotas fuisse, tellatur idem Evangelista, cum ait, *Videntes autem Petri constantiam, & Iohannem, & comperto quod boni essent sine literis, & idiota, admirabantur.* Dicit tandem nobis, ac generosum amorem, ab ipso lucis exordio, natura conciliante insitum, & ad ultimam usque senectutem solis viribus animi innixum, sine ullo damno sui perficeret vigoris: incredulus profecto Domini sententia, *Quia siue illo nihil possumus facere;* sed & Apostolic sermons, *Quia et multis offendimus Deum omnes.* Et mirum, ubi didicerit Julianus tantum nobis, ac generosum amorem ab lucis exordio natura conciliante insitum, cum natu de patriarcharum stirpe Apostolus dicat, *Fuimus & nos aliquando natura fuij ita.* Quomodo autem natura, nisi quia peccante primo homine, ac sanctum deferente amorem, vitium pro natura adolevit? Mirum, ubi inventerit vel invenitur posse putaverit Julianus hominem, laudem unum, in quo amor sanctus solis animi viribus innixus, utque ad senium sine damno sui perficeret vigoris, cum ille, qui præ amore præcipuo dignus erat in sui conditoris sine recumbere, inter eos qui ejus gratia fruuntur, invenire potuit nullum: quin potius humili confessio teftatus sit, *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Dicit, amorem nostrum, tunc de corpore trahere, quod est perturbatus & rapidus: ita de animo, quod sit sublimis arque continuus. Quod etiam utrumque veritati probatur esse contrarium. Si autem amor noster de corpore, & noui de animo potius trahere, quod est perturbatus & rapidus, non diceret Dominus, *Abiuit enim de corde hominum cogitationes mala processunt, adulteria, fornicationes hominida, furtu, avaritia, nequitia, dolus, impudicitie, oculus malus, blasphemia, superbia, stoliditia.* Omnia autem mala ab intus procedunt, & coquinari hominem

T.Coy. 2.

Luc. 24.

Ioan. 15.
Iacob. 5.

Ephes. 2.

I.Ioan. 1.

Mark. 7.

1. Cor. 15.

Et tunc si noster amor, non de quotidiana Dei gratia, sed de natura, vel viribus animi haberet, ut esset subtilius ac, continuus, non diceret Apostolus de suis sanctis laboribus, quibus unquam per amorem sublimem atque continuum insistebat. Sed abundantius illius omnibus laboravi: non autem ego, sed gratia Dei mecum. Ecce iterum: Non quid sufficientes simus, cogitare aliquid a nobis, qui si ex nobis, sed sufficiet nos et ex Deo est. Sed & si non a Domino, verum a seipso bona sua opera, in quibus absque ulla contumaciam amore sublimis atque continuus arceret tenet, habebat, frustra Domino pro his, qui non dedit, gratias egit dicens: Deo autem gratias, qui nos semper triumphat in Christo Iesu. Dicit eandem, quando nihil de Gentilitate voluntate desiderat, quasi ad finem animi moveri arbitrium, & in actibus suis habere jocunditatem, ut perturbationis immunitum, ita etiam libertate gaudentem. Quod est aperte dicere, quia exceptis quæ ad carnis stimulos pertinent, in arbitrio sit animi nostri finitum, cui se amori, vel quantum subdiderit: quodque idem amor, solo animi motu dispensante, id est, nulla Dei gratia aatus, operum quoq; bonorum perfectionem liberam, & nulli obnoxiam perurbationi possidat. Quod quantum a vero distet, patenter quisque prudens intelligit. Quare enim tanta multitudo fidelium diligere querent, conditorem ex toto corde, tota anima, tota virtute diligere, & proximum quicquid ut seipsum: non semper hoc quod cupit obtinet, nisi quia amor idem non ad animi movere arbitrium, ut Julianus existimat, sed ut novit Paulus: Charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctorum, qui datus est nobis. Ideo non æqualis est in omnibus, qui habemus singuli donationes gratiarum, quæ data sunt differentes. Quare autem tantus lape non solum de foris, sed & de ipsa mente nascientibus praepeditur adversis, nec omnia quæ desideramus, bona valemus perficere, nisi si quia fallitur, qui dicit amorem nostrum pro solo animi arbitrio, in actibus suis jocunditatem, ut perturbationis immunitum, ita etiam libertate gaudentem? verum canit Psalmista, qui ait: A Domino gressus hominis dirigitur, & viam eius cupit nimis. Cum ceciderit iustus, non conturbabitur quia Dominus confirmat manum eius. Ubi aperte designat, quia nec intra crebra Dominicæ protectiones auxilia a perturbatione vitiorum esse valeamus immunes: neque in omnibus actuorum nostrorum gloriosus de naturæ libertate, sed de divina debemus directione gaudere. Frustra autem Julianus genitalem vult exceptam voluntatem, quæ sola ad animi nostri non moveatur arbitrium: quasi non iracundia, vel superbia, philargyria, gastrimargia, censoria, ceteraque hujusmodi rabiæ, multo labioriosus, quam libidinis incentiva devincantur. Quæ & ante tempora pubertatis, nostrum animum perturbatione adveniunt: & edomita lape, vel per naturam cessante libidine, nihilominus ipsa nos impugnare non cessant. Dicit adjutorium sancti spiritus praeceptibus nostris studis ac meritis dari: atque adhuc dari, ut genus humanum arcuus diligamus. Quod ipsum verbis ponere per ordinem libuit. Cum igitur, inquit, sapientis animus, qui voluptatem subiicit dignitatem amoris, & incitat & ordinat appetitum, nunquam fines transiit officiū, sed a deum magnitudinem atque pulchritudinem fluā pro edat ac meritis, ut generosum eius ignem gratia sancti spiritus incipiat ventilare: tunc sit illa charitas, quæ non propinquum solum aut cives, sed ipsum genus humanum gremio suo conatur amplecti. In qua una sententia quot & quantæ sint blasphemias, facile Catholicus lector animadvertis. Palet enim, quid humana arbitrio libertatis, qui tribuat gratias spirituali: quia animum hominis per se sapientem fieri, per se dignitatem sancti & generosi amoris habere, per se huic amori voluptatem subiicere carnem, per se & incitare ad virtutes, & ordinare appetitum posse testatur: in tantum, ut nunquam fines transiit officiū illius, quo idem amor excoletibus est. Qui ipsum animum suis studiis ac meritis, ad eam magnitudinem ac pulchritudinem procedere dicit, ut sancti spiritus sit dignus auxilio, cuius videlicet spiritus aduentu non ita sit juvans animum, quomodo flamma vel fax, cum accenditur, caliginosam juvat domum, quam illustrat: sed

2. Cor. 3.

2. Cor. 2.

Rom. 1.

Psal. 36.

ita potius, quomodo ardenter, sive lucentem venus juvans ignem, vel amplius clarefacat: qui quidem & fine afflau venti accendi atque ardere, ac magnam confuntem silvam flammescit. Hoc enim significat dicendo, ut generosum ejus ignem gratia sancti spiritus incipiat venire. Tanta animi bona premerat, & post omnia haec incipere in ea gratiam sancti spiritus dicit, quasi supervenientem auxiliarem, & non prævenientem inspirantem, atque authorem in nobis studiorum meritorumque bonorum. Qui tamē ejus ventilatione, quid in generoso animi sapientia agi credat, inuere. Tunc sit illa, inquit, charitas, quæ non propinquum solum, aut cives, sed & ipsum genus humanum genio suo conatur amplecti. Vides ergo qui tantum vitum nostro animo tribuit, quid spiritui gratiae tribuit: quam & sero in auxilium ipsi animo advenire, & tum, non illam charitatem, quæ Deus: sed illam colummodo, quæ genus humanum diligatur, infundere dicit: oblitus vel incognitus Apostolica fidei, quæ dicit, Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Prolixus est opus cunctas ejus, quas in libro hoc posuit, ineptias in medium proferre, & testimonios refellere veritatis. Sufficiant haec pauca exempli gratia posuisse: ex quibus possint cetera, quam sive detinenda, concipi.

Post haec autem & hujusmodi innomera, quibus pri-
mum librum contra gratiam Dei disputando complevit, non minore secundum librum ejusdem hereticis pecte commaculavit. Denique exponens quod dictum est, Quia meliora sunt ubera tua rivo: de natura latius fodillissime philosophicus est, moxque credidit multo, qualiter natura illius ad confirmationem sui erroris transferre conatus. Quod quia totum ponere, & horro, & nimis longum est, partem ponere fatis duximus. Inter-
rens ergo peritos eorum, contra quos sub nomine Manichaorum pugnabat, aut inter cetera: Afferantnamque opiniones nostras ad hoc præfus spaciose effus errorum, ut calumniam verteremus in ipsius autorem: & levandam reatum gratia, quem criminum nimis voluntatis uebat, ipsam naturam corporis subdebat in amicis, ini-
paces bonitatis & plenos iniquitatis in lucem suam non venire iurando. Denique nullum ferè adiustum, quid dia-
ratione, sedne sacra quidem legi institutione perciat. De-
preciabat nempe hac opinio naturam carnis & anguinis. Sed postquam salutare mysterium Dei & bonum medie-
tor arripuit, ut consummatissima virtutis datus exam-
plum, naturam hominis mortali assumeret, ostendit omnia
crimina morum fuisse non seminum. Denique rotundatio
ad meliora convergit, non solum legi, sed etiam Evangelia
præcepta posse compleri. Quibus sermonibus epi breueret
respondendum, quia nequam in authorem naturæ
nostræ calumniam veritatis, cum nos in iniquitatis
conceptos, & esse in delictis nos dicimus: sed fatetur,
quia in primis naturæ nostræ parentibus ad eum simili-
tudinem facti sumus, ut immortales & sine peccato in
delicijs paradisi, juvante gratia ejus viveremus: quam vi-
delicet beatissimam vitam primitivæ mundicæ, si ex-
stodie curarent ipsi protoplasti, & non magis hosti
derent, quam authori, usque hodie progenies ex eis tan-
cta & impolluta delicias paradisi, mortis simul & pecu-
nacia incoleret. At dum nulla necessitate natura, ve-
rū sola vagè mentis incuria, peccato consistere: no-
nique justo conditoris judicio de loco paradisi voluptate
exclusi, ac morte mulcati peccati, quod temere contri-
ixerant, stirpi, genericè suo reliquæ contagum: fi-
ctum est, ut peccati, quod ipsi sponte commisimus, nos
etiam nolentes reatu consterneremur: ita ut ne parvul-
quidem, qui nil boni vel mali velle possint, ab hoc pol-
lunt immunes existere, nisi donante gratia Dei per Iesum
Christum Dominum nostrum. Unde probatur falsus
Julianus, cum dicit, Reatum nobis solo criminis voluntati
accensum: & sicut post, aperius suum sententiam aperuit,
dicens, Omnia crimina, morum esse, von Seminum. Semina
sunt namq; que ex Adam originalia traximus: mox verò sine

voluntatem,

volumatum, seu fragilitas & ignorantia, que ipsi per nos critica addimus. Probatur falli, cum reprehendit eos qui natum nostrum corporis, non eam quæ protoplasti sanctæ & immortalis creata est : sed illam, quæ post eorum prævaricationem vitiola effecta est. subdunt infamia, dicentes, Seio quod non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Et quod idem Apostolus ait, *Care concupiscit aduersus spiritum spiritus autem adversus carnem*. Hæc tantum libi invicem adverterantur, ut non que vultis, illa faciatis. Probatur falli, cum vituperat eos, qui non in lucem istam incapaces bonitatis, & plenos iniquitatis venire tentantur. Verè enim profitetur, omnes homines in lucem istam plenos iniquitatis, ex reatu prima prævaricationis venient, incapaces autem bonitatis, abfuit nos nasci iuremus. Sed hereeticus, ut artificiosus deciperet infirmos, junxit mendacio perfidia veritatem Catholice professionis. Probatur falli, cum jurare nos dicit nullum ad justitiam non solum ratione, sed ne sceræ quidem legis institutio ne perdici. Quinimmo fatetur, & ratione & doctrina sanctæ legis, ad justitiam nos, auxiliante Domino, perduci, absque gratia verò illius, nec per naturali subfida rationis, nec per divinae legi scita nos posse justificari, Apostolo teste, *Quia litera occidit spiritus autem vivificat*. Id est litera præcipiens occidit, si non assit spiritus, qui præcepta littera donet impleri. Et spiritus vivificat, donando ut perfici litera possit. Quod autem ait de Domino, *Ute consummatissime virtutis datus exemplum, naturam hominis mortalis assumeret, secerius hæresis sue virus evomuit, quia dicit, venient in carne Dominum non dona nobis sed exempla contulisse virtutis*. Unde dicit post modicum, *De ipsis inquam susceptione carnis, motum peccata damnavit : non naturali videlicet carnis fedo permutando, vel iustificatio legis sub exemplo ipsius completeretur in nobis*. Item in expositione versiculi, *Collum tuum fecit monilia*. Cum pulchra, inquit, per naturam cervix gennarum insinuit ornatus felicitatem sis ne dubio auger industria : & quasi se digna convenient, honor videlicet monili, & cervicum venustas. Sic ergo & in te, cuius generositas doctrina componit, ut virtutes, quas natura inchoet, disciplina consummet : pro eo, ut dicit, *Gratia inchoet, gratia consummet, gratia coronet*. Item post innumeram huiusmodi, quæ in ipsis eius opusculis plus lector faciliter deprehenderet, in explanatione versiculi, quod dictum est, *Apprehendam te, & inducam in domum matris meæ, ibi me docebis, ne patiens, quæ contra fidem vestram sentiret, intimavit dicens de Domino: Jam in ipsa infantia multa quæ discere debeamus, offendit. Primo ipsum esse opificem universorum ex masculi & feminæ coniunctione nascentium, qui sibi sine ministerio viri, corpus ex virgine fabricasset. Deinde nullum peccatum esse homini congenitum : quandoquidem ille, & carnis veritate circundatus, & macula immanis existit. Postrem originem nostram non posse, nisi impie diaboli operibus ascribi, quæ Deo vero non solum conditore, sed etiam habitatore congrauderet. Non solum autem hæc dicendo, errorum fructus, sed hoc ipsum etiam interveniente agit exemplo. Nam peccatum esse homini congenitum refutat scriptura, quæ dicit, *grave ingum super filios Adam, à iste exitus de ventre matris eius, uique in diem sepulture, in matrem omnium*. Immo hoc ab ipsa conceptione illi homini coevum, testatur beatus Job, cum Domino supplicans ait: *Quis potest sacerre mundum de immando conceptum seminer? Noste tu qui solus es?* Et quæ poterit illi consequentia, ut ideo dicatur nullum peccatum hominibus ex masculi & feminæ coniunctione nascientibus esse congenitum, quoniam filius Dei, qui fibis, ne ministerio viri, corporis ex virgine fabricavit, & carnis veritate circundatus, & macula immanis existit? Quæ est ratio consequens, ut homo purus innocentiam sue naturæ civitatis astruit exemplo nati in carne mediatrix Dei & hominum, cum de illius nativitate dixerit virginis matris archangelus, *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus alia, mi obumbrabit tibi; deoque & quod inasctur ex te, sanctum vocabit filius Dei*. Nostræ autem parenti post reatu prævar-*

718

zationis dixerit justus judex : *Multiplicabo errantias, & conceptus tuos : in dolore paries filios, & sub viri potestate eris*. Sed neque hoc quod dicit, originem nostram non posse nisi impie diaboli operibus ascribi : quæ Deo vero non solum conditore, sed etiam habitatore gauderet, * aut Catholicæ, aut consequenter fecit. Quia nimur diabolus, et si peccatum protoplastæ intulit, nec tamen ei naturalis procursum benedictionis abstulit, qua audierant : *Crescite & multiplicamini, & replete terram*. Non ergo illa impietate decipimur, quam nobis impropriet Julianus, ut originem nostram diaboli operibus scribamus, quam primordialis opere benedictionis à Deo conditam sci mus. Absit autem, ut originem nostram post prævaricationis malum, Deo dicamus esse gaviam, ante remedium secundæ regenerationis, quæ sit ex aqua & Spiritu sancto, donante gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Paucæ hæc de pluribus ex prefato opere Juliani ad cautelam legi, annotatae necessarium duximus: quorum admonti exemplis, vigilantes in reliqua ejus lectio ne, quæ non minus noxia sapientia futurisibus dicta interferit, circumspicant. Nam & in alijs opusculis eandem suam heresim, quamvis multum reclamante sanctissimo ac doctrinissimo antistite Augustino, affirmare non dubitat. Denique in libro, quem de bono constantia scripsit, bonum naturæ, libertatemque nostri arbitrii, ut ipse autumat, contra perfidiam Manichæi magna instaurat defendit. Ut autem veritas probat, magna perveracia contra fidem coelestis gratiæ datur. Hei namque est, inquit idem, *constantia, quæ maximè afferit arbitrii potestiam, ac bonum, eiusque naturæ & humani animi motus liberos, dum ostendit omnem mentis bonum voluntarium, nec ulli unquam calui obnoxium*. Motus autem me non solum carnis, sed nec animi habere liberos docent, non apostolice tantum litteræ, verum etiam ipsa mea cogitationes, quæ volentem me sepius, conantemq; ut de ceteris taceam, fixamente ac desiderio instigabilis devotioni orationis incumbere non sinit. Qui si motus animi liberos haberem, ita vellem continua tempore orationis animi precibus intentum retinere, quomodo membra & corpora facillime soleo, quoties volo, quoqueq; vel sis, vel loco orationis compondere. Et paulo post: *ipsa enim armat, inquit, idem, egregium cuiusque, & accedit animum, dum illum libet, atq; sue semper admonet, dumque omnes ab eo repellit metus*. Quanto enim melius expugnat Manichæum, si diceret : *Quia gratia Dei fecit egregium, cuiusque electi animum, & accedit ad studia virtutum, dum illum inspirat, misericordia sua semper admonet, & quia sine ipsa nihil facere potest: dumque omnem ab eo fiduciam suæ repellit virtus, ac Deo canere suadet: Fortitudinem meam ad te custodi*.

qui debeat, hando confirmat. Sicut in ipso libro de amore plenius sentum suum dilucidasse montravimus. Circa hujus autem libelli finem manifestè prodit ipse Julianus, qua intentione in hujusmodi affectionibus per cuncta qua considerat, opuscula, laboraret. *Scandalum*, inquietus, *Manicheo* est, eu quid commentatum, id est, abnegantes Dominum nostrum, qui est verus, fatemur. Offendit, quia naturam bonam, quia liberum hominis affectus arbitriuntur. Sed & in libro quem ad Demetriadem virginem Christi, de institutione virginis scripsit, hæc eadem de potentia liberi arbitrii, quomodo tentat, pandit. Quem videlicet librum nonnulli nostrum studiosè legentes, sancti & Catholicici doctores Hieronymi esse temere arbitrantur: minimè pavidentes, quid & suavitas eloquentie demulcentis, & hæreleos perveritas seducentis, manifeste probat hoc illius opusculum non esse. Quin potius ipse fidem eius, vel magis perfidiam in dialogo Attici & Critoibuli, quem vivente Pelagio edidit, cum adhuc Julianus ab eo puerulus, quasi in caverna colubri, nutritiebatur regulus, divinis expugnari ac protriverit eloquii. In hoc ergo Julianus libro, & in alijs le opusculis eandem suam hæretim confirmasse declarat, ita scribens: *Quoties mibi de constitutione morum, & sancta vita conversatione dicendum est, solo priu humanae naturæ vim, qualitatemq; monstrare, & quid efficeri posse offendere.* Et paulo post. *Quem ergo, inquit, exhortatione ordinem, cum in alijs quoque opusculis tenuerim, ubi hic maximè servandum puto, ubi eo plenus bonus naturæ declarari debet, quo vita in iustitia perficitur.* Item in processu libri ejusdem: *Quād enim, inquit, multo philosophorum & audiri vimus & legimus, & ipsi vidimus castos, patientes, modestos, liberales, abstinentes, benignos, honores, sinus mundi ac deliciis responsum, & amatores iustitiae non minus, quam sapientiae? Vnde de quo hominibus alieni à Deo ista, que Deo placent?* Vnde hæc illa bona, nisi de natura bono? Et cum ista que dixi vel unum simulo omnia, vel singula singulos habere videamus, cumq; omnium una natura sit, exemplo suo invicem ostendunt, omnia in omnibus esse posse, que vel singula inveniuntur in singulis. Quid si etiam sine Deo homines ostendunt, quales à Deo facili sunt, vide quid Christiani possint, quo rūpi in melius in Christo instaurata natura est, & qui divina gratia iuvantur auxilio. Et post multa hujusmodi loquens de beato Job, O virtus, inquit, ante Evangelia Evangelicum: & Apostolorum, ante Apostolicę praecepta discipulum: qui aperiens oculas naturæ divinitatis, & in medium preferens se, quid omnes possimus, ostendit. item post pauca, Neq; nos, inquit, si a descendenti natura bonum, ut eam dicamus malum facere non possemus, quia uirg; boni ac mali capaces etiam profitemur: led ab hac eam tantummodo injuria vendicamus, ne eis vitio ad malum videamus impelli, qui nec bonum sine voluntate, nec malum faciamus: & quibus liberum est unum tempore agere, cum semper utrumque possimus. Unde enim alij judicaturi sunt, alij iudicandi, nisi quia in eadem natura dispar voluntas est? & quia cum omnes idem possimus, diversa facimus? Et paulo post, *Adam de paradiſo eiectum, Enobraptum de mundo esse comminorans, adiecit:* Nec enim à iusto Deo, aut ille puniri meruit, aut hi eligi, nisi uterque potuerit. *Hoc de Cain & Abel fratribus, hoc etiam de Esaï & Jacob gemini intelligendum est;* ac fieri, solam voluntati esse causam, cum in eadem natura merita diversa sunt. Et ruisum post pauca: Neque vero, inquit, alias causa nobis quoque difficultatem bene vivendi facit, quam longa vitorum consuetudo, quia nos, cum insici à parvo, passulati que per multos corrumpt annos, ita posse obligatos sibi & addicilos tenet, ut vim quandam videatur habere natura. Item post multa, quibus optime virginem Deo dicatam instituit, & revera mulier utiliter salubre opus perficeret, si eam divina gratia in omnia suffragia flagitate, non animi sui libertate, viribusq; fidere doceret: quomodo etiam in illo, quem debono constantia scriptum abeo diximus librum, multum prædicti virtutum studiosi, si non virulentam intermisceret vita errorum. Sed si modicum fermentum, Apostolo teste, totam malam corruptit, quanto magis venenum quam maximum? Adscribimus, inquit, inquit a me iusto, pio crudelitatem, dum eum primo impossibile aliquid præcepisse conquerimur. Proinde

pro his damnandum ab eo putamus hominem, quia vitare non potuit. Et paulo post, *Nec impossibile aliquod potuit immorari, qui justus est: nec damnaturus est hominem ob ea, que non potuit vitare, qui puer est.* In his singulis que ex uno ejus excepti libello, sententijs, quanti si errores facile curvis doctribus errorum probamentis convincerentur posse, ut pluribus sententijs, ut dixi, clarissima luce quan sint nesciunt, patescant. Quid ergo dicit, *Multos philosophorum patet etiam, castitatem, modestiam, aliasq; de natura bona habentes virtutes: constat, quia quicunque philosophorum Christianum Dei virtutem, & Dei sapientiam nescierunt, hi nullam veram virtutem, nec ullam veram sapientiam habere posuerunt.* In quantum vero vel gustum aliquem sapientie cuiuslibet, vel virtutis imaginem habebant, totum hoc super accepunt: non solum munere primæ conditionis, verum etiam quotidiana ejus gratia, qui creaturam suam necesse deferentem, deserentes dona sua, prout ipse judicavit, hominibus, & magna magnis, & parva largi parvulis. Quid vero dicit, *Omnia in omnibus possunt, qui vel singula inventantur in singulis contradicit scriptura, quæzat.* Nec enim omnia possunt esse in omnibus, quoniam non omnibus hominis immortalis. Ubi manifeste insinuat, quia cum mortale hoc inducere immortalem, tunc cunctum possunt esse omnia in omnibus bona virtutum: & ne tunc quidam de natura bono, sed per gratiam eis: de quo scriptum est, *Vifit Deus omnia in omnibus.* Sed & quotidianis nostris fragilitatis documentis probant, non omnia in omnibus esse posse: ubi tam multi inventantur, qui summa nitentes in instantia, nequaquam ad eas, quas alios vident habere, possunt petivit virtutes. Quid homines leni Deo, dicit ostendere, quales à Deo sunt: à Deo longè veritate absit, ut nec homines Deo proximi valent ostendere in hac duntaxat vita, quales à Deo prototypati facti sunt. Quis enim sapientia vel vita major esse poterit, eo qui priuquam carnis debitus solvere, ulque in paradisum, vel territi celi ad astra raptus, ciuium supremorum & conversationem contemplari est, & audiui colloquia? Qui tamen dicit, *Condelectur enim legi Dei secundum interiorem hominem, video autem diuinam legem in membris meis repugnat repugnantem legi mentis mea.* Quadragesimæ generis humani, quandoq; naturæ bonum interstutum custodiere, constat, dicere non potuisse. Quid Christianorum naturam melius dicit in statu esse per Christum, & eos divinæ gratiae juvare auxilio: si deus sollemmodo, quæ in remissione peccatorum per baptismos donata sunt, vule intelligi, hereticum est: si autem & de quotidiana ejus gratia, quia non in mente & corpore influante & juvare non cesat, catholicum est. Quid dicit, beatus Job aperiisse in virtutibus suis eximis oculis naturæ divinitatis, & ex le, quid omnes possimus, ostendere: quanto melius diceret, quid aperte ineffabilem divinæ gratiae divinitatis: & in le, quia hæc omnibus quibuscumque vellet, dñe posset, ostenderet. Quid dicit, non vito naturæ ad malum non impelli, qui nec bonum sine voluntate, nec malum faciamus, repugnat Apostolo dicenti, *Sic quisque habitat in me, hoc est in carne mea bonum.* Nam vnde adiutori mibi, perficere autem bonum non invenio. Non enim quod vobis bonum hoc facio: sed quod vobis malum, hoc age.

Quid dicit liberum nobis esse omnium tempore agere, cum tempore utrumque possimus: contradicit Propheta, qui Deo supplice loquitur dicens, *Sic Domine quia non est dominus, via eius: ne viri est ut ambulet & dirigit gressus suis.* Sed & Apostolo maiorem se facit, qui dixit, *Ego tempore isto mente seruo legi Dei: carne autem, legi peccati.* Quid dicit non aliunde alios judicari, nisi quia in eadem natura dispar voluntas sit, & quia cum omnes idem possimus, diversa faciamus: contradicit catholicæ fidei, que etiam parvulos esse iudicando confitetur, eos qui in eadem natura positi, priuquam aliquid boni malefic facere au-

Rom. 9

Eccles. 46

Psal. 25.

Ioan. 13

Ioan. 3

Rom. 5

Ibidem.

Rom. 11

Levit. 11

velle, aut saltem nosse poterant, sine baptismo rapti sunt. Quod Etia & Jacob, ceteroque tales, sola voluntati causa dicit esse dictos, ut in eadem natura merita haberent diversa: contra dicit Apololo, qui de eisdem loquens ait, Cum enim nescium nati fuissent, aut aliquid egissent bonum aut malum, ut secundum electionem proprieatum Dei maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum est ei: Quia maior serviet minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Quod dicit non aliam causam nobis difficultatem bene vesti facere, quam longam vitiorum conuertitudinem: contradic scripture quae dicit, Grave ingam super filios Adam die exitus de ventre matris eorum. Quod dicit Dominum non impossibile aliquid praecepisse, qui iustus est: verum profecto dicit, si ad eum respicit auxilium, cui catholica vox supplicat, Deinde me in semita mandatorum tuorum. Si vero viribus animi tui fidelis, et fidelit cum veritate ejusdem iusti conditoris sentient, qua dicit, Sine me nihil potestis facere. Quod dicit, eum qui pius est, non damnaturum esse hominem, pro eo quod vitare non potuit: contradicit eudem pri redemptoris & iusti judicis sententia, qua etiam de parvulis ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest videre regnum Dei. Quamvis, ut sanctus Augustinus ait, mitigissima pro�is pœna vel damnatio erit omnium, qui preter peccatum, quod origine traxerunt, nullum in super addiderunt. Nec tamen tales à damnatione proficiuntur non possumi immunes, cum manifestè dicat Apostolus, Quia regnabit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt. Et quasi quereretur, quare regnauerat in omnibus qui non peccaverunt, mox rationem reddit adjungens, In similitudinem prævaricationis Ad: id est non propter sui propria peccata, sed quia sui similes genuit prævaricator Adam. Dicendum ergo nobis in hac parte questionis, quod diximus audivimus eundem Apolum Paulum, qui de Esau & Jacob geminorum ex uno concubitu nascientium discipuli forte, disputans ait, Quid ergo dicimus? Nonquid iniquitas apud Deum? Absit. Moyles enim dicit, Miserebor, cui miserebor: misericordiam praefabo, cui misericordia fuerit ligata non volenta, neque currunt: sed misericordia Dei est. & cetera utique dum plurimum hac questione classis, ita conclusit: O altitudo divitiarum sapientie & scientie Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & investigantes via eius? Hæc de opusculis Juliani, ad cautelam legentium prelibare, commodum rati sumus. Hinc ad expositionem, ityam veramus Cantici cantorum: & in libro ad intelligentiam difficilimam, seduli patrum vestigia sequentes, quicquid juvante ea, quam defendimus gratia Dei, valemus studi salutatis impendamus. In quo opere electorem admoneo, ne me superfluum judicet: qui de natura arborum, five herbarum aromaticarum, quæ in hoc volumine plurimæ continentur, juxta quod in libris antiquorum didici, latius explanare voluerint. Feci namque hoc non arroganter studendo, sed meæ memorum imperiæ consilendo, qui longius extra orbem, hoc est in insula maris oceani nati & nutriti, ea quæ primis orbis partibus, Arabica dico, & Indica Judæa, & Ægypto geruntur, non nisi ex eorum, qui his interfuerere, scripta nosse valemus.

CAPITA IN CANTICA

Canticorum.

CAPUT I.

S Y N A G O G A Dominum venire in carne desiderat, ac venienti, devota charitate, occurrit.

CAPUT II.

Obscuratam se perfecione infidelium Judæorum, primitiva queritur Ecclesia, unde & dilecti sui redemptoris tremens invocat auxilium.

Beda Tom. 4.

CAPUT II I.

Dominus objurgans Ecclesiam, paventem admonet, data libi gratia, adversus omnes hostium iniurias.

CAPUT III I.

Confortata verbis Dei Ecclesia, conversationem ejus, in carne passionem & resurrectionem ad memoriam revocat.

CAPUT V.

Laudat eam confortatam Dominus, cui vicem laudis reprendens, in pace aliquantula vita presentis, cum eo gaudere desiderat.

CAPUT VI.

Dominus gaudium virginis mattis commemorans, in sponsa quoque sua virtutem castitatem laude dignam complectitur.

CAPUT VII.

Introducta in cognitionem celestium sacramentorum Ecclesia, sub protectione sui redemptoris refici & quiescere cupit.

CAPUT IX.

Apparet in carne Dominus. Ecclesiam ad prædicandum excitat, eo quod longæ infidelitatis hyems, quæ mundum preferat, abierit, & in auspiciis agendi patitur, das haeticorum versutias deprehendere ac retellere præcipit.

CAPUT X.

Favens Domini iussis Ecclesia, sibi eum ad sequendum per occultæ gratiam inspirationis advenire praeservat.

CAPUT XI.

Exponit Ecclesia Gentium, quo ad fidem Christi ordinare pervenerit: cuius votis ipse congaudens, præcepit fidibus, ne ejus requiem inquietent.

CAPUT XII.

Miratur synagoga fidem inspiratam Ecclesiam, mortificatione carnis & orationis virtute devotam.

CAPUT XIII.

Illa responderet, lectulo se ac ferculo pacifici Regis, id est animarum requie & interna refectione delectatam advenisse: & maximè ipsius decore Regis, ad cuius cernendum speciem, eos quoque qui se admirabantur, excitat.

CAPUT XIV.

Delectatus fide Ecclesia Dominus, speciatim membra ejus omnia, hoc est singulas quasque fideliū personas, dicenti, laudatione commendat: persecutorum quoque tabiem, ad eum reverentiam inclinandam esse prædit, pro cuius amore & ipse vulnera crucis suscepit.

MBED
TOMBI
S
BIBLI

723

BEDÆ EXPOSITIONIS ALLEGORICÆ.

CAPUT XV.

Prædicatorum ejus doctrinæ dulcedinem , fructus operum,& flagrantum dulcissimæ describit opinionis.

CAPUT XVI.

Ventis eam tribulationum , ut constantia ipsius amplius probetur, tentandam committit.

CAPUT XVII.

Illa sua concia devotionis , ipsum ad se insipendam advenire precatur.

CAPUT XVIII.

Dominus se jam advenisse ad eam , ac piis ejus operibus delectatum esse testatus, super nos quoque cives bonis congaudere præcepit.

CAPUT XIX.

Quiescens à seculi tumultibus , Ecclesia excitatur vox Domina, ad corrigendos quoddam , in quibus spes & dilectio ejus jam frigore coepit : illa quietis amore minister excusans, leceta ipsius compunctione ad agendum accendi incipit , sed non statim cœpta sequitur effectus : unde conspicits magnorum virtutibus doctorem quicquid in se de mundi concupiscentiis adhæret , abjicit.

CAPUT XX.

Eadem in quibusdam suis fidelibus obsecrat perfidios , ut in tempore sua compunctionis, sive orationis , se quoque Domino commendant,

CAPUT XXI.

Illi contrâ petunt aliqua fibi de ejus virutibus narrari, quarum accessi dulcedine , amplius in ejus amore flammescant.

CAPUT XXII.

Agit perita, & præconia virtutum ac potentiarum congrua laude decantans, denuò interrogat, in qualium membris ejus soleant vestigia reperiiri.

CAPUT XXIII.

Respondet piis sanctorum desideriis, ac fructuosis operationibus cum delectari , ac perfectos quoque castimoniam virtutibus ad æternam gaudia colligere.

CAPUT XXIV.

Audiens hæc Dominus, laudat Ecclesiam devotionem, laudat operationem: nec tamen se in hac vita multum desiderati edocet.

CAPUT XXV.

Multis per orbem Ecclesias , multis fallorum fratrum convectionibus, multis innocentium choreis, totam Ecclesiam perfectionem dicit esse præfetandam.

CAPUT XXVI.

Audiens synagogam laudari Ecclesiam à Domino , & ipsa admirandam eam accendit, maximè quod invincibili virtutum certamine cunctis sit hostibus terribilis ,

quod in fine mundi Apostolus docet esse futurum.

CAPUT XXVII.

Respondet Ecclesia , & in doctoribus suis declarat ; quæ si fuerit causa militaris paratus , sollicito vide licet omnium Ecclesiarum , è quibus ipsa una Catholica constat.

CAPUT XXVIII.

At synagogam esse se hæc dicit , subito stupore Evangelium prædicantis confessio fuisse conturbatum : ius corporis salutaribus gaudens Ecclesia, ad agitionem sui redemptoris eam reverti postulat.

CAPUT XXIX.

At ipse redemptor annuens ejushortamentis, nihil in illa magis quam industriam virtutum effatur esse vindendum.

CAPUT XXX.

Item laudes dilecta sua ex more defensibus , primo omnium in junctura seminum ejus, adunationem amborum in se creditum, sive diligenter , defensas populum.

CAPUT XXXI.

Ipsa ejus laudatione rapiens verbum de ore ejus , accumulat laudem: & ipsum venire supplicat , quatenus eo cooperante, pios sive operationis, sive predicationis possit subire labores.

CAPUT XXXII.

Anovo incipiens Ecclesia primordio , Dominum optat incarnari , quo per suffragia humanae desperationis , quasi sustentationem lævet : ut ad contemplationem divinæ gloriae, quasi ad amplexus dexteræ , metueat alcens.

CAPUT XXXIII.

Ipsa aggaudens ejus desiderii , adjurat credentes etiæ Judæis, ne fidem gentium turbent.

CAPUT XXXIV.

Qui iussis obtemperantes , subitam ejus conversationem suspecta mente mirantur.

CAPUT XXXV.

Admonet & ipsam Ecclesiam dilectionis , quam per arborē crucis redemit, sive semper memoriā in corde & opere ferre præcipit.

CAPUT XXXVI.

Alloquitur & synagogam , quid de primiū ex gentibus Ecclesia fieri debeat, necdum habente de suis , qui doctores valeant ordinari.

CAPUT XXXVII.

Et addit ipse , si quis in eis sit vita & sermone sublimis , erudiendum hunc literis divinis , usque ad gradum queat promoveri : qui vero natura simplicioris , propria nenda illis sanctorum exempla , quibus amplius in fide confortetur.

CAPUT

CAPUT XXXVIII.

Ipse sublimem dono ejus effectam, atque in virtutis perfectioribus gradu doctoris esse habilem responderet.

CAPUT XXXIX.

Additque Ecclesia in pace sui conditoris vocata, multos habet populos: ut nationes gentium ad se pertinere designet,

CAPUT XL.

Favens his Dominus, totius Ecclesie habere curam protestatus, iubet eos qui benedixerint, etiam ministerium praedicandi subire.

CAPUT XLI.

Ecclesia iussis obediens, oblectat eum ad adjuvando sumptus piritales, sibi se in cordibus fidelium adhibere presentem.

CANTICA CANTICORVM
ad literam sic habent.

CAPUT I.

Vox Ecclesia.

SCV LETVR me osculo oris sui. Quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia ruguentia optimi. Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentula dilexerant te. Trahe me post, curremus in odore unguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua: exultabim⁹, & stabimus inter. Memores uberiorum tuorum super vinum regis diligenter. Item vox Ecclesia. Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut peres Salomonis. Nolite me considerare, quod dulca sum, quia desoloravit me sol. Eius matris me & pugnaverunt contra me: posuerunt me custodem in vineam meam non custodivit. Indicamus, quem diligit anima mea? ubi pascas, ubi cubas in meridie ne vagari incipiatis post greges fodium tuorum. Signoras te, & pulchra inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pascere hædost os iuxta tabernacula pastorum. Equitatui meo in curribus Phœnix, assimilavi te amica mea. Pulchra sum gena tua, sicut turtur. Collum tuum sicut monilia. Murenas aureas facies mis tibi, vermiculatas argento. Cum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum, fasciculus myrræ dilectus meus mibi, inter ubera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus mibi in vînis Engaddi. Ecce tu pulchras amicas meas, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulum noster floridus. Tigna domorum nostrarum cedrina, Laguearia nostra cypresina.

CAPUT II.

EGO flos campi, & lily convallium. Sicut lily inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malum inter ligna sylvarum, sic dilectus meu inter filios, sub umbra illius que desidera, bam, fedis, & fructus eius dulces gutturi meo. Introduxit me rex in cella vinaria, ordinavit in me charitatem. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Lava eis sub capite meo & dexter a illis amplexabitur me. Adiuro vos filie Hierusalem per capreas, cervos, canporum, ruficriteris, neque evigilare facias, nisi dilectam, quod adiutoris ipsa velis. Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similiter est dilectus meu capras, binuolag cervorum. Et ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, proficiens per cancellos. Et dilectus meu iugulat mibi. Surge prope amica mea, columba mea, formosa, & veni. Iambhyensis transit, imber abegit, & recessit.

Beda Tom. 4.

flores apparuerunt in terra nostra, tempus putations advenit, Tex turris auditæ est in terra, fuscus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem. Surge amica mea, spaciofa mea, & veni. Columba mea, in foraminibus petre, in caverna maceria. Ostendit mibi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, quia vox tua dulcis, & facies decora. Capite nobis vulpes pusillas, que demoluntur vineas. Nam vinea nostra floruit. Diles etiæ meus mibi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinatur umbra. Revertere simila esto dilecte mea pre, aut binuolo cervorum super montes Bethel.

CAPUT III.

In lectulo meo per noctes quæsivi, quem diligit anima mea. Quæsivi illum, & non inveni. Surgam, & circuibo civitatem; per vicos & plateas queram, quem diligit anima mea. Quæsivi illum, & non inveni. Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem. Num, quem diligit anima mea, vidisti? Paululum cum transisem eos, inveni quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitrix mea. Adiuro vos filiae Hierusalem per capreas, cervos, canporum, ne suscitabis, neque evigilare facias dilectam, donec ipsa velis. Quæ est ista que ascendit per desertum, sicut virgula sum ex aromatibus myrræ & thuri, & universi pulveris pigmentari? En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambium ex forisimis Israhel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, uniuscunq; ensis super senum suum propter timores nocturnos. Ferculum ibi fecit rex Salomon de ligno Libani. Columna eius fecit argenteas, reclinatoriorum aureum, ascensum purpureum. Media charitate constravit proper filias Hierusalem. Egredimini, & videte filia Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua, in die dispensationis illius, & in die latitia cordis eius.

CAPUT IIII.

QUAM pulchra es amica mea, quam pulchra es, oculi tui columbarum, ab his eo quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum, que ascenderunt de monte Galaa. Dentes tui sicut gressus tonsarum, que ascenderunt de lavacro. Omnes gemelli fratibus, & sterili non est inter eas. Sicut vitia coquinea labia tua, & eloquio tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genitrix ab his eo quod intrinsecus latet. Sicut turris David collum tuum, que adspicata est cum propugnaculo. Mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium. Duo ubera sicut duo binuoli, capreae gemelli, qui paucuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinatur umbra. Adam ad montem myrræ, & ad collum thuri. Totu⁹ pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni. Coronaberis de capite Amanæ, de vertice Samir & Hermon, de cubilibus leonum, de motibus pardorum. Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine capi tui. Quam pulchra sunt mannae tuae foror mea, sponsa mea. Pulchriora ubera tua vino, & odor urguentorum tuorum super omnia aromata. Favus distillans labia tua, sponsa mea & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum, sicut odor thuri. Hortus conclusus foror mea sponsa, hortus conclusus, sors signata. Emissiones tue paradisi malorum panicorum cum pomis fructibus, Cypri nardo. Nardus & crocus, fistula & cinnamonum cum universi ligno Lybani. Myrra & oleo cum omnibus primis anguentis. Fons horrorum, puerus aquarum viuentium, qua fluent impetu de Libano. Surge Aquilo, & veni. Auster, perfla horrum meum, & fluent aromata illius.

CAPUT V.

VENIAT dilectus meu in hortum suum, & comedat fructum pomoru⁹ suorum, veni in hortum meum foror mea, sponsa: nescii myrram meam cum aromatibus meis; comedat suum cum melle meo, bibi vinum cum lactic meo. Comedite amicæ mei, & bibite, & inebriamini charissimi. Ego dormio, & carmen vigilat. Vox dilecti mei pulsans, Aperi mibi foror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, cincinni me guttis nocturni. Expoliavi metu-

ni, a mea, quomodo induar illa? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos. Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. Surrexit, ut aperirem dilecto meo. Manus mea stillaverunt myrrham, & digitus mei pleni myrra probatissima. Pessulamq[ue] mei aperiui dilecto meo, at ille declinaverat aq[ue], transferat. Anima mea liquefacta est, at dilectus locus est. Quiesci, & non inveni illum. Vocavi, & respondebat mihi. Invenerunt me custodes, qui circumdeunt civitatem, percuterunt me, & vulneraverunt me: tulerunt mihi pallium meum custode murorum.

Adiuro vos filium Hierusalem, si inveneritis dilectum meum ut annuncietis ei, quia amore languo. Qualius est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum! Qualis est dilectus tuus ex dilecta, quia sic adiurasti nos? Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Caput eius, aurum optimum. Come eius sicut clavis palmarum, nigra quasi corvus. Cibae eius sicut columba, super iugulos aquarum: quia lacrymae sunt late, & resident iuxta fluentia plenissima. Cuna illius, sicut areola aromatum, consistit a pigmentis oris. Labia illius, sicut distillantia myrrham primam. Manus illius tornatae auree, plena byzantinis. Venter eius eburneus, diligens saphyrus. Crura illius columna marmore, & qua sandatae sunt super bases aureas. Species eius, ut libani. Electus ut cedrus. Guttur illius juavissimum, & torus desiderabilis. Tali est dilectus meus, & iste est amicus meus filius Hierusalem. Quod ab aliis dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? quod declinavit dilectus tuus, & queremus cum eum.

CAPUT VI.

DILECTUS meus descendit in hortum suum ad areolam aromatis, ut pascatur in hortis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Pulchra est amica mea, juavia & decor a sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum aries ordinata. Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt. Capilli tui sicut greges caprarum, qui apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut greges ovium, qui ascenderunt de lavaco. Omnes gemellis fortibus, & sterili non est in eis. Sicut cortex malii punici, sic genetae absq[ue] oculis tuis. Sexaginta uni regina, & ologea concubinae: & adolescentularum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea, una est matris tua, electa genitrix tua. Viderunt illam filie, & beatissimam predicatorum Regina, & concubine, & laudaverunt eam.

Quae est ista, qua progreditur, quasi aurora consurgent, pulchra ut luna, electa aut sol, terribilis ut castrorum aries ordinata? Descendi ad hortum meum, ut viderem poma convallis: ut inspicerem si florueret vinea, & germinasset mala punica. Nescio, anima mea conseruavit me, propter quadrigas Amnidan. Revertere, revertere Sunamitum, revertere, revertere ut intruciamur te.

CAPUT VII.

VID videbili in Sunamite, nisi choros castrorum? Quam quisque gressus tui in calcaneum sita principis lunulae seminum tuorum, sicut monilia, quae fabricata sunt manus artificis. Umbilicus tuus crater tornalis, nunquam indigenus poculis. Venter tui sicut acervus tritici vallatus lily. Duo ubera tua, sicut duo himuli gemelli caprea. Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut pistole in Esbon, que sunt in portafilia multitudinis Nasus tuus sicut turris Libani, qui resipit contra Damascum. Caput tuum, ut camelus, & come caput tui ut purpura Regis, juncta canaliculis. Quam pulchra es, & quam decorata, charissima in delicia! Statuta tua assimilata est palma, & ubera tua botrys. Dixi, Ascendam in palman, apprehendam fructus eius, & erunt ubera tua, sicut botrys vinea, & odororis tui sicut malorum. Guttur tuum quasi vitrum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labrys, & dentibus illius ad ruminandum. Ego dilecto meo, & ad me converto eins. Veni dilecte mi, excedamus in agrum, commorenemus in villa, manu surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiant, si floruerunt mala punica, ibi dabo tibi ubera mea. Mandragora dederunt odorem in portu nostro. Omnia poma nova & vetera dilecte mi servavi tibi.

CAPUT VIII.

QVIS mihi dei fratrem meum fugientem ubera matrem, inveniam te foris, & descoiuere: & iammodo me affectum, Apprehendam te, & ducam in denum matram me, & in cubiculum geniticu me: ibi me docebus, & dabo tibi peculium ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Lays vos filia Hierusalem, ne scitetur, neq[ue] evigilare faciat dilectam, donec ipsa velit. Quae est ista, qua ascendit de deserto, deserto affluens, innixa supra dilectionem meum? Sub arbore modo, suscitavit, ibi corrupta est mater tua, ibi viscerata est genitrix tua. Pon me ut signaculum super brachium tuum: quia foris est ut mors dilectorum, dura ut infernum amarum. Lampades eius, lampades ignis aq[ue], flammam, aqua multa non poterunt extingue charitatem, nec flamma obruerit illam. Si dederit homo omnem substantiam domus sua pro dilectione, quae nil debet eam. Soror nostra parva est, & ubera non habet. Quis facies munus sorori nostrae in die, quando alloquenda es? etiam si marmore, edificemus super eum propugnacula argentea. Si opifium est compingamus illud tabulam cedrinum. Ego murus, & ubera mea facturam, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens. Intrauit pacifico, in ea que habet populus. Tradidit eam custodus, qui assert pro fratre eius mille argenteos. Vine a mea surat me est. Mille tu pacifici & ducenti, huic qui confidit fratre eius. Qui habitat in horis, amici auctoritatem: fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi, & assimilare capre, bimaculatae corporum super montes aromatum.

BEDÆ PRESBYTERI
IN CANTICA CANTICORUM

Liber secundus,

CAPUT I.

 ANTICA Cantorum, in quibus sapientissimus regum Salomon mysteria Christi & Ecclesiae, Regis videlicet amorem, & civitatem eius, sub figura sponsi & sponsorum descripti: quicunque legere cupit, meminisse debet in primis quod omnis electorum congregatio generaliter Ecclesia vocatur. Errantem nunc causa dilectionis specialiter ea fiduciam portio, quae incarnationis Dominica tempore praecellit, Synagoga, que vero hanc fecuta est, Ecclesia nuncupatur. Namque verus scriptura fidelem temporis illius plebem utique lolet designare vocabulo. Utrumque autem grecum est nomen. Synagoga congregatio latine, & Ecclesia diuinis convocatione. Quo nomine magis fideles temporis hujus, ob amphorem spiritualis scientie cognitionem, appellantur. Quia convocari proprium est eorum, qui audire ac discernerunt: congregari autem & lapides, velalia qualibet insensibili possunt. Utraque autem haec portio justorum, una eadem est Christi fide ac dilectione confessorum: quoniam habent sacramenta pro temporis ratione dispatia, testante Apostolo Petro, qui ait: Quadragesima Deum, imponere iugum super service discipulorum: quod neque patres nostri, neq[ue] nos portare potuimus: Sed per gratiam Domini Iesu creditus alvari, quem admodum & illi. Nam sicut Omnes peracto iam Dominica incarnationis, passione & resurrectione mysterio salvari speramus, & credimus: ita & prior Ecclesia passa eandem Domini ac redemptoris incarnationem, passionem & resurrectionem sicut etiam adhuc expectans, per eius regenerationem, quae magnopere adventire cupiebat, salviandam esse crebat. Hujus ergo vox in amoris cantico prima resonat. Cui cum Prophetæ sancti creberint, & viam vivendi monstrarent, & ejus promitterent adventum: qui tanquam sponsus suo procedens de thalamo, mundum omnem novae benedictionis gratia donaret, coepit transiens praecunum ro-

cibus, ipsius magis regis ac Salvatoris sui desiderare praesentiam, dicens :

Osculetur me osculo oris sui.) Quod est aperte dicere : Oblecto non tempus ad me erudiendam Angelos, non Prophetas destinet, veniat jam aliquando ipse, qui tam diu promissus est : & presentia sua me luce informet, ac velut oculum offertens, proprio me ore alloquens confortet: sed & mei oris patienter attractum tuncipiat, id est, interrogantem me de via salutis, audire atque erudit non spernat. Quod profecte desiderium eius tunc implementum esse confitat, quando sicut in Evangelio legitur, sedente in monte Iesu, accipit eum discipuli eius, & apertos os suum docebat eos; dicens: Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum celorum. Et rursus cum discipulis presentem suam, hoc est, adventus in carnem, dignitatem in memoriam revocaret dicens: Beati osculi qui vident que vos videte. Dico enim vobis, Quia multi Reges & Prophetae cupierunt videre, que vos videtis, & non videbant: & audiisse, & non audiebant. Aperuit etiam tunc os suum, ut inaudita secula gaudia celestis regni promitteret, cum toties ante Prophetarum ora aperuerat, quibus suum seculo polliceretur adventum. Postquam autem synagoga Dominum venire desiderans, predicantibus eum Prophetis, ait: Osculetur me osculo oris sui, id est, ipse mihi dona tua doctrina impetratur, repte ad ipsum, cujus desiderio flagrabat, ut ea convertens subdit :

Quia meliora sunt ubera tua vino.) Ac si patenter diceret: Ideo te advenire, tuus oculus recreari cupio, quia tuus dulcedo præsentis cunctis incomparabiliter eis, que per praecones adventus tuus misericorditer antecellit. Visum quippe fervorem scientia legalis, ubera vero dicit rudimenta Evangelica fidei. De quibus ait Paulus 1. Corinth. 3. Lac vobis potum dedi, non escam. Et iterum 1. Cor. 2. Non enim inducavi me scire aliquid inter vos, nisi sciam Christum, & hanc crucifixum. Ubi ergo sponsa meliora sunt vino, quia rudimenta novi Testamenti, quoque ex aqua & spiritu regenerant, mox vice celestis introitum appetit redditum, quod longa legis obserratio nequaquam facere valebat, ne in his quidem qui gustu superbae suavitatis accessu veraciter dicere Deo poterat, cum Psalm. Et pocalum tuum inebrians quam præclarum est. Probatore Apostolorum qui dicit: Nihil enim ad perfectum lex. Si autem ubera Christi, id est, primordia Dominicae fidei meliora sunt vino legis, quanto magis vinum Christi, id est, perfectio doctrinae Evangelicae, cunctis legalibus ceremoniis prestat? Si sacramenta incarnationis eius ad vitam mitunt, quantum divinitatis ejus agnitus, quantum visio glorificata? Nam & ipse sponsus non solùm lac, sed vimum se habere significat, cum in sequentibus dicit: Bibi vimum meum, cum latice meo. Quantum vino legis, vimum præceleret lumen, myltice in Evangelio significat: ubi deficiente in nuptijs Ecclesiæ typicus vino veteri, novum ipse de aqua fecit vimum, majore protius laude dignissimum. Et jure ubera sponsi nominat, quod mulieris est membrum corporis: ut in ipso carminis initio figuraret te loqui manifester. Sicut etiam in Apocalypsi, qui & ipse typicus liber est, cum dicit de illo Joannes, Vidi in medio septem candelabrum aureum similem filio hominis vestitum podere. Addit, Et præcincti nisi ad mammulas zona aurea. Sed nec ipse sponsus, id est, Dominus noster, sexus feminini figuram in se transfece retigit, cum per Eliam dicit, Nunquid ego qui alios parerem facio, ipse non pariam? dicit Dominus. Si ego qui generationem catena tribuo sterili ero? Et iterum, Quomodo si cui mater blanditur, ita ego coniabor vos? Et in Evangelio ad civitatem incredulam, Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suis sub alas, & non iouis?

Fragrantia unguentis optimis.) Unguentum optima sunt dona Spiritus sancti, quibus ubera Chriti fragrant: quia doctores sancti, ministri videlicet laetitiæ Evangelici, perunctionem Spiritus in virtutum atorem proficiunt. Et quidem bona erant unguenta, quibus Prophetæ & sacerdotes visibiliter ungabantur in legge: sed optima sunt illa unguenta, quibus Apostoli sunt, Apostolorumque sicut

Beda Tom. 44.

ceffores invisibiliter uncti. De quibus ait Paulus, Et qui unxit nos Deus, & qui signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Et Apostolus Joannes, Et vos unctionem, quam acceptist ab eo, in robu maneat. Et non neceſſe habetis, ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio eius docet vos de omnibus, &c. Item unguentis fragranti optimis, cum opinionem bona sua operationis, vel prædicationis longe lateque profundunt: si cum ipsis ajunt, Deo autem gratia, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem uitiae sua manifestat per nos in omni loco. Reddi autem causam, quare ubera ejus unguentum fragrant optimis, dum subiungit:

Oleum effusum, nomen tuum.) Neque enim mirandum, si membra illius redoleant unguentis, quia ab oleo nomen ipse accepit, ut unctio Christus, id est unctus vocatur. Illa nimis videlicet, de qua Petrus ait, Quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute Solet quippe appellatione olei, Spiritus sanctus intelligi, celeste Prophetæ, qui in ejusdem ipsius laudibus ait, Unxit te Deus, Deus tuus oleo letitiae per confortibutus. Oleum ergo non stillatum, sed effusum nomen ejus, quia sicut de illo precursor suis ait, Non ad mensuram dat Deus spiritum. Pater enim diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui etiam in electis suis olei effusus nomine, non immixtum censem, quibus in carne apparetur, Spiritus sui charitatem largissime manavit: ita ut ea quæcum una prius gente Iudaearum, bantur occulta, nunc in totius orbis fines, gratia clara per fuderit, adimpleta tam prophetia, quæ dixerat, Effundamus de spiritu meo super omnem carnem. Quod exponens Apostolus Petrus ait, Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta a patre, effusus hoc donum, quod vos visitis & audiatis. Oleum igitur effusum nomen eius: quia hoc recte nominatur quod est, id est plenus Spiritu sancto recte nominatur, quod agit idem eisdem dono Spiritus, electorum corda pertingens.

Ideo adolescentes dilexerunt te.) Adolescentulas dicit animas, quia in Christo renatae, sorores veteris hominis abiecierunt. Quæ tanto magis amore sui conditoris inhærent, quanto te agnoscunt sola eius gratia, & remissionem peccatorum, & dona Spiritus, per quæ proficiunt in virtutibus, accipere. Unde palam proficitur & dicunt: Quia charitas Dei, radix videlicet omnium virtutum, diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datum est nobis. Non autem dubitandum, & priores sanctos perfectè Dominum charitate dilexisse, eorumque pias catervas mysticæ adolescentulas possè appellari, qui per fidem veritatis antiqui peccatoris exempla calcabant, ac nova præmia vite, spem indubia tecabantur. Unde unus ex eis certus iam futurorum bonorum loquitur anima sua, dicens: Renovabitur, ut aquila inveniatur tua. Sed apud iam hæc novi testamenti hæreditibus congruunt: quia propriæ per lavacrum gratiæ in adoptionis filios Deo generantur. Qui co magis illum diligunt, quo maiora illius dona percipiunt: ita ut mox soluti carne, si recte vixerint, celestis regnogaudia consequantur.

Trah me, post te curremus.) Hucusque Synagogæ vox est: hoc est, illius plebis, quæ incarnationem Salvatoris si de deo præcessit quæ in principio carminis, Prophetis cum longo tempore prædicantibus respondit. Osculetur me osculo ori sui: id est, appareat ipse, & ore ad os loquens, exempla mihi vivendi, ad dona largiatur. Deinde versus sequentibus, qualia ipsa eius dona essent, quæcum animabus castis diligenda, signavit. Hinc Ecclesiæ vox subimperfatur, id est eorum qui post tempora incarnationis illius, ad fidem venerunt. Ille enim prius Dominum venire, ac osculum libi pacis affecte precata est: hac cum iam venire in carne, iam ad celos rediscens, non ultra taliter ad se descendere flagitat, sed ipsa potius cum ad celos sequi desiderat. Quod, quia per seipsum fieri non posse conspicit, merito eius, ad quem venire optat, ducatum implorat, Trahi me, inquit, post te curremus. Ac si aperte dicat: Curre quidem in viis tuis, tuorum operum lequi vestigia, quæ conversatus in terra signasti, ad te in celis præsidentem pervenire cuperemus: sed quia sine temnili possumus facere, precamur, ut nobis

2. Cor. 1.

1. Ioh. 1. 2.

2. Cor. 2.

Act. 10.

Psal. 44.

Ioan. 3.

Ioel. 2.

Acto. 2.

Rom. 9.

Psa. 102.

2.Tim.4

manum dare digneris: nos tuo substdio ad te currentes adjuves. Sic enim solummodo, vel recte currere, vel cursum consummare valens, si te duce simus, & adjutore curamus. Unde & Apostolus, qui gloratur, dicens: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: alio loco manifeste docet, utrum ipse per le gressus dirigere posset, an Domino trahente curreret, dicens: Sed plus illu omnibus laboravi: non autem ego, sed gratia Dei mecum. Benè autem cum singulari numero dicatur, Trahe me: subiungitur, Curremus. Quia & una est per orbem Ecclesia Christi, & hac ex multis fidelium confusis animabus. Quia hoc in loco adolescentulæ vocantur, propter vitam videlicet novæ conversationis.

(Introduxit me Rex in cellaria sua.) Cellaria Regis æterni, sunt interna gaudia patriæ cœlestis: in qua nunc introducta est sancta Ecclesia per fidem, in futuro plenius introducenda per rem. Loquitur autem ad adolescentulæ sponsa, id est Ecclesia Christi, ad animas fideles, ua videbiles membra, in Christo renata. Ideo deprecet sponsum, ut nos post e currentes, ipse data manu, ne deficit, adjuvet: quia jam dulcedinem regni cœlestis prelubavit, iam gustavi & vidi, quoniam suavus est Dominus. Jam bona que mihi sunt in cœli parata, ipso revealante cognovi. Moxque conversa ad eum, qui hac libi revelavit, Regem ac Dominum suum, gratias agere pro beneficijs ejus accepterat, dicens:

Exultabimus & latabimur in te, memores uberum tuorum super vimnum.) Quod est aperte dicere, Nequaquam ipsi nos de perceptis munieribus excollimus: sed in omni, quod bene vivimus, exultamus, immò semper exultabimus & latabimur in tua misericordia: memores per omnia, quanta nos pietate recreare, qualiter austerioriter legis, gratia fidei Evangelica mitigare dignatus es.

Recte diligunt te. Ideo non in nobis ipsis, sed exultabimus & latabimur in te, memores donum tuorum: quia omnes qui recte corde sunt, ante omnia, & super omnia diligendum esse dicerunt. Neque omnino recti esse possunt, qui tuo aliquid amori præponunt, à quo solo habent rotum, quicquid boni habent. Et intuendum quod superius ait, Adolescentule dilexerunt te: nunc autem, Recti, inquit diliguntes. Colligendumque, quia non aliud adolescentiam, quam rectitudinem cordis dixerit, cùm qui deposita veteris hominis impuritate, novum hominem induerint, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate, & veritate. Item recti diligunt te, quia nulli Dominum re vera diligere, nisi recti postea. Quicunque enim rectitudinem iustitiae, vel actu, vel dicto, vel etiam cogitatu improbo violaverint, frustra se conditorem diligere dicunt, cuius monita contemnunt. Hac est enim caritas Dei, ut mandata eius custodiamus, sicut Joannes Evangelista testatur. Postquam vero sancta Ecclesia in cellaria Christi perducata est, videlicet per cognitionem & spem coelestium honorum, postquam eum recto corde diligere, atque in eis solum gratia gaudere & exultare didicit: res fatendi, quid pro eodem amore illius, ac pro acquisitione bonorum quæ gustavit, certaminis tubear, quid afflictionis tolerat.

Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem.) Nigra scilicet adversitate preslurum, sed formosa decole virtutum. Immò tanto in conspectu interni arbitrii formosior, quanto amorphous insipientium vexata, & quasi fœdata preslurum. Filia autem Hierusalem, quibus haec loquitur, annas dicit coelestibus sacramentis imbutas, coelestis habitatione patrie suspirantes. Has enim in tribulationibus suis consolans fuita mater ait: Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem. Ac si aperte dicat. Vilis quidem nimis in oculis perlequantum appareo: sed ante Deum, veritatis confessione gloriose resulgo. Unde vos minime oportet contristari in hujus laboris exilio, quæ supernæ vos patriæ cives esse recolitis: quæ ad visionem pacis sempiternæ, per seculi labentis a dæna properatis.

Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.) Cedar Ismaeli filius fuit, de quo dicitur est: Manu eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Cuius prælagij veritatem,

& exola omnibus hodiè Sarracenorum, qui ab eo exorti sunt, natio probat: & Psalmista angoribus obfusus affrictus, cùm ait, Habitavi cum habitantibus Cedar, multum inculta fuit anima mea. Cum bius qui oderunt pacem, eram pacificus. Neque enim David aliquid odiorum ab ipsis Imaelitæ pertulisse legitur: sed volens exaggerare mala, quæ improbitate vexari questus est, quæ cum nullo hominum aliquando pacem habere curabat. At contra, Salomon & nomine erat, & vita pacificus. Denique, ut scriptura refertur, omnes terrarum Reges desiderabant videre faciem Salomonis, ut audirent sapientiam, quam hederat Deus in cordine. Quod ergo ait, Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula cedar, sicut pelles Salomonis: ita diffinguitur, ut nigra sit, sicut tabernacula Cedar, formosa sicut pelles Salomonis. Ita est enim sapientia obscurata afflictionibus infidelium sancta Ecclesia, quasi generalis mundi totius effigie inimica, impleto verbo quod ait Dominus, Et eris odio omnibus propter nomen meum. Ita semper est in conspicuè sui redemptoris decora, quasi vere digna sit, quam ipse rex pacis invito dignetur.

Et notandum, quod Cedar ipso jam nomine, quod nebras sonat, vel perversos homines, vel immundos spiritus insinuat. Sicut Salomon quoque, qui interpres pacificus, etiam mysterio nominis ipsum indicat, de quo scriptum est, Multiplicabitur eua imperium, & pacificus finis: super solium David, & super regnum eius, & cetera. Et cùm dicitur nigra esse Ecclesia, sicut tabernacula Cedar: si ut non pro veritate, sed pro estimatione iniipientium ponitur, qui etiam putant mansioem in levijs, vel malignis spiritibus præbere. Cùm vero formosa sicut pelles Salomonis appellatur, sicut pro veritate exempli ponitur. Quia sicut Salomon tentoria suis de mortuorum pellibus animalium facere solebat, ita Dominus Ecclesiam fibi de illis congregat animalibus, quæ desiderijs noverunt renunciare carnalibus. Unde dicebat ad omnes: si quis vult post me venire, abnegat tempijum, & tollat crux suam, & sequatur me. Et apostolus, Mortificate inquit, membra vestra, quæ sunt super terram. Quidam hanc sententiam ita legentes, Nigra sum, sed formosa: dicunt, quod Ecclœ nigra sit in carnalibus suis, vel fallis fratribus suis, sicut tabernacula Cedar: formosa aurem in spiritibus, sicut pelles Salomonis. Verum si attendamus, quod de Domino scriptum est, Vidi eum, & non habebat gloriam neque decorum: quod non de peccato eius, quin cum omnino habuit peccatum, sed de passione diuina electrostat profecto: quod Ecclœ quodque non propter peccatum, vel peccatorum vita, sed propter tentationes, pallio neque tuis, quibus indolenter exercutus, nigrum esse peribit. Quis sensus sequentibus etiam verbis affirmatur, cùm dicitur:

Nolite me considerare, quod fusa sum, quia decoloravi me sol.) Quod est aperte dicere: Nolite me, ô filie Hierusalem, id est, anima Deo devote, quod hominibus sum de specta, mirata: quia tentatione astus, quas pro interno mea pulchritudine fastidere non cessi, foris ne redditur obscuram, quam tamen gratia coelestis interius venitum esse donavit. Cui est simile apostoli Petri: Christus, nolite mirari in fervore, qui alternationem vobis fit, quod novi aliquid vobis contingat, sed communicantes Christi passionis gaudete. Et quidem solis nomine aliquando dominus ipse signatur, sicut de ascensione eius dictum est: Elevatus est sol, & luna statis in ordine suo. Aliquando etiam ejus: sicut ipse dicit, In festis degubunt sicut sol in regnatum meum. Sed hoc loco melius tribulationum ardor, solis appellationes figuratur, iuxta hoc quod ipse dejacit in portam seminibus ait, Sole autem orto astuaverunt: & quia non habebant radicem, arcerunt.

Quod postmodum exponens, ita dicit: Falla autem tribulatione & perfectione propera verbum, continuo conditizantur, solis videlicet: vocabulo tribulationem & perfectionem figuratam esse declarans. Sicut ergo hi, qui domi resident quieti, candidiores sepe habent artus: at qui in vinea vel horto, vel alio quilibet subdivisi opere le-

1.Cor.15.

1.Ioan.5.

Gen.17.

L.Cor. 4. exercent, multo plerunque sole membra fuscantur : ita & sancta Ecclesia, quo infansus se ad certamen spirituale accingit, eo ferventes contra se antiqui hostis assurge, re cernit infidias. Et sicut laudatur saepe peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit, benedicitur : ita nonnunquam exprobatur iustus in virtutibus animæ suæ : & qui recta gerit, maledicuntur, Paula artefacta, qui ait :

Male dicimur, & benedicimus; persecutionem patimur, & sustinemus; blasphemamur, & obsecramus. Sed hujus infusio, nem, blasphemiam parvipendenda fidelibus, immò in hac gaudendum docet ipse, cuius causa provenit Dominus, dicens: *Bates isti, cum maledixerint vobis homines; & si perse, eum vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, & cetera.* Quia ergo sancta ecclesia, intus le quidem fide & virtutibus videi decoratam, sed foris persecutionibus adfusat esse refatur, refat ostendere, unde primam persecutionem rabient pertulerit. Sequitur :

Fili⁹ matris mea pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivit.) Vox est primitiva Ecclesie, qua ab ipsa Synagoga, de qua carnis originem duxit, tribulationum bella suscepit, sicut Actus Apostolorum plenissime docent. In qua fententia primò notandum, quia merito le sponsa Christi sole decoratam asseverat, que velut opus subdivale, in vinea ipsius excenda sive custodienda agere solebat. Una autem erat Christi vinea in Hierosolymis, ipsa videlicet Ecclesia primitiva, qua di Pentecostes, id est quinagesima Dominicæ resurrectionis, adventu Spiritus sancti dedicata est: Hujus eo tempore custodes ipsi fuere Apostoli. At, postquam persecutione facta, temporibus beati martyris Stephanii, dispersi sunt omnes per regiones Iudeæ & Samariae, prater Apostolos, congit et plures essent vineæ, id est, pluribus in locis Ecclesiae essent Christi, prædicantibus verbum eis, qui fuerint hoc illucque dispersi. Divisa quippe a gente providentia, ipsa dispersio ecclesie Hierosolymitanæ, occasio fuit plures construendi Ecclesias. Unde bene quid nostri codices habent, *Dispersi sunt : in Græco dicitur, Diesparisan, id est disseminati sunt per regiones Iudeæ & Samariae. Et paulo post: Qui ergo disseminati sunt, ibant evangelizantes verbum Dei.* Quia nimis perleutores Iudei, volentes quidem Ecclesiam derubabant, sed nolentes, seminarium verbi latius expargabant, unamque in Hierosolymis Ecclesiam persequendo, nolentes latè multas Ecclesias fieri, fecerunt. Cum ergo dixisset Ecclesia primitiva, obcuratam se esse afflictionibus, eo quod filii matris suæ, id est synagogæ parciadiali em odio impugnarent, subiectis continuo quantum ipsi ex earundem afflictionum incurvis profererit, addens ex persona eorum, quibus prædicandi cura commissa est: *Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivit.*) Ac si aperte dicat, Hoc mihi acerbitas persecutum commodi & utilitatis atrui, ut pluviatum essem cultus vinearum, Ecclesiarum videlicet Christi, postquam vineam primitivam, id est Ecclesiam quam in Hierosolymis primo radicata & custodiare caperam, eorum turba dispersit. Non custodisse autem vineam, non ad mentem, sed ad locum referendum est. Namque ab Hierosolymis quidem tunc Ecclesie portio, non minima persecutio grata fecerit, quia tamen totam fidei integratem fixo in corde retinuit, immò etiam prædicationis officium, ut præfati sumus, devote ore suscepit. Quidam hoc quod dictum est: *Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivit;* ita distinguendum purum, ut vineæ nomine, Christus signet Ecclesia : vinearum vero appellatione, multifaria legis decreta, ac diversa Pharisæorum traditiones intelligantur. Et posuerunt, inquit, Ecclesiam in vineis, qui fideles cogebant circumcidere : & carnalis legi ceremonias obseruare. In quibus ille erat, qui ait: *Et per omnes synagogas frequenter puniens eos qui credebant, persequar uque in exteras civitates.* Ideoque vineam suam non custodivit, dispersis per eum ab Hierosolyma fidelibus non paucis, quali palmiibus vineæ coelestis. Cujus tamen inde nequaquam valuit radix eveli. Sed quia quo major aduersitas pravorum fi-

dem tentat electorum, & instantius necesse est auxilium invocent redemptoris: rectè sancta Ecclesia, postquam filios matris suæ contra le insurexisse, postquam vineam suam horum incusionem concussam esse conquista est, miser Dominici promissi, quo dictum est: *In mundo pressuram habebitis, sed confidite, quia ego vici mundum,* sollicito ad ipsum corde conversa precatur, dicens :

Indica mihi, quem diligat anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridiis? Benè autem eum, cuius prædictum flagitat, dilectum animæ suæ vocat: quia quo gravius est periculum, do quo eripi cupit, eo amplius illum, per quem te eripendam novit, diligit. Cui simile est illud Psalmista: *Diligam te Domine virut mea.* Quod est aperte dicere, id est te tota mente diligere non desino, quia me sine tua gratia nihil virtutis habere posse conficio. Quem etiam paltorem esse significat, dum dicit: *Vbi pascas, ubi cubes in meridiis?* Juxta hoc quod ipse in Evangelio testatur: *Ego sum pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscunt me mea.* Qui paciū oves suas, inter eas cubat in meridiis, quia corda fidelium suorum, ne fervore tentationum intus arescant, memoria superne suavitatis reficit, & in eis ipse propitius manere convevit. Hinc etiam Psalmista dicit: *Dominus pascit me, & nibil mihi deerrit: in loco pascue, ubi me collocavit.* Huic Johannes: *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Quia ergo multi pseudoprophetae exēunt in mundum, dicentes: *Ecce hic est Christus, ecce illuc;* necesse habet tempus Ecclesie Christi diligent exploratione dignoscere, qui sint illi, in quorum ipse professione & opere possit inventi: presumque pīs vocibus, ut se demonstrare dignetur, exorare. *Indica mihi, inquit, quem diligat anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridiis?*

Ne vagari incipiam per greges sodalium tuorum.) Ac si aperte dicat, Quia multiter me adverlantum persecutio in istis meridianis astus afficit: obsecro ut declarès mihi, ô Redemptor & protector meus, quibus in locis invente queam eos, qui tua sunt presentia gratia refecti, quae sint ex omnibus dogmata, quae Evangelica tua continent veritatem, ne diutius differente subdidimus, errantium fortè conventicula incurram, quae absque tuo duca, viam veritatis ingredi nullatenus possum. Nam & heretici possunt non incongrue sodales ejus appellari, in quantum nominis ejus, vel confessionem, vel mysteria circumferunt. An non haec fuit sponsa CHRISTI, cum venientibus Antiochiam pseudo apostolis, videlicet sodalibus ejus, ac prædicantibus: *Quia nisi circumcisus secundum Moysen, non potest salvi fieri,* jam fatigata non minimo fervore editionis ac questionis, tandem mihi Paulum & Barnabam, ad Apostolos & leniores in Hierusalem, dignoscere certius quæ esset veritas Evangelii? Finitoque conflictu probatum est in eis, quos Jacobus, & Cephas, & Joannes, & quos Apostoli careri studiebant, pastorem & inhabitatorem esse Dominum Christum, atque ejus ovile cattum à gregibus sodalium: hoc est, ab hereticorum populis, ejus Ecclesiam esse tutandam. An non hac & tenacibus lapè temporibus sponsa faciebat CHRISTI cum filius matris suæ contra le pugnabitibus: id est, exercitus exte contra le heretibus, mox coactis in unum pacrum Concilis, quæ Fidei esset veritas, fedula querebat? Verum, quia eadem sponsa, id est Ecclesia Christi, duni auxilium praefecit, ejus in tribulationibus suis requiesceret, subiungit ex persona infirmantium. *Ne vagari incipiam per greges sodalium tuorum,* statim eandem trepidatio, nem illius ipse benigna irrepatio redarguit quasi illud Evangelicum, dicens: *Modica fides, quare dubitasti?* Nam sequitur:

Si ignoraste, ô pulchra inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregium.) Quid, inquit, ita loqueris, quasi à me posuisse in retributione illa ratione dicer, regi in custodienda ab hostibus nostra vinea nimio fervore, quasi meridiani foliis denigratam esse quereris, quem ipse per lavacum regeneratus, jam pulchram inter mulieres, id est inter aliorum dogmatum synagogas esse donavi, sed pulchritorem multo, tribulationi examinatione reddendam esse disputo?

732
Ioan. 16.
Psal. 17.

Ioan. 10.

Psal. 22.

1. Ioan. 4.

Mat. 14.

Quod si haec forte ignoras, nec reminiscere. Quia nemo coronatur, nisi qui legitime certaverit. Egedre à meo consilio, & abi post vestigia gregum: id est, errantium actus imitare, cum templo magis unius mei gregis caffodem esse decteversim, cui unum esset ovile, & unus pastor.

Et pase hædos tuos iuxta tabernacula pastorum. id est, perditos nutri auditores, lecuta insipientium doctrinas magnitudinum, velicet verbis prudentium, qua per magistrorum consilium dantur à pastore uno. Namq; ipse quidem te, si me diligis, meos agnos, id est simplicitate mihil & innocentier servientes animas verbo salutis pascere iussi: tantum huic officio curam te impendere volui, ut malles cuncta pati aduersa, ipsius etiam mortis subire tormentum, quam ab eorum pastione deflisterem. Quod si ignoras, te sub hujummodi conditione mihi esse defonstratum, tuos potius hædos pase, id est erranticis sociata doctoribus præbe luxuriosis & superbris: qui & rectè hædi vocantur, & tui hædi, videlicet qui ad finitram sunt in iudicio ponendi. Tui vero, quia non iuxta meorum regulam mandatorum, sed iuxta tuos magis instituantur errores, id est eos quibus antequam mili jungeritis, retenta es. Non haec autem jubendo Dominus, sed potius minitudo loquitur: & insinuando quid proveniat eis, qui tentationum adverba non ferentes, ab Ecclesiastica pacis unitate secesserunt. Sicut in Evangelio, cum ait: *Ait facite arborē bonām, & fructū eius natiūm.* Non nominaliter facere præcepit, sed quæ male factore maneat merces, edocet. Quia vero Dominus sanctam Ecclesiam ignorare non vult ipsam, sed diligenter eam, quid à te donum accepit, quid pro antore suo pati vel agere debeat, ediscere cupit: consequenter ipsi, qui iureus status, inlinuat, cum subiungit:

Equitari meo in curribus Pharaonis affilavi te, amica mea. Equitatum quippe suum, vocat exercitum filiorum Israël, quos de servitu Ägyptia liberans, per mare rubrum eduxit in desertum, atque in terram promissæ olim hereditatis introduxit, demetis in eodem mari curribus Pharaonis, qui eos persequens, ad servitium retrahere volebat. Equitatum autem eum inde vocat, quia sicut equitatu auriga præsidere solet, ita tunc regendo ei populo Dominus ipse præfuit, eumque per iter salutis gubernando deduxit. Cui videlicet equitatu Ecclesiam suam affilavit, quam sibi per aquam regenerationis fecit amicam. Quia sicut populus super vententibus Pharaonis curribus, multò quidem terrore perterritus est, sed cœlesti tamen protectione salvatur: sic Ecclesiam inter annas periequuntur, sus semper docuit fidere præsidio. Nam & hoc, quod Dei populum tunc columnam ignis illustrabat, Ägyptias vero turmas densissimæ obscurabant tenebrae, ita ut toto noctis tempore ad se invicem accedere non possent: in hijs quoque seculi nocte semper agit non definit, cum superba dispensatio iustos a reprobis certatione fecerint, hos sua gratia irradiat, illos in meritâ exaltare relinquat. Sed & hoc, quod ubi ad mare tuberum venient est, filii Israël divisio gurgite liberantur, Ägyptii autem reversis ad eos aquis, cum equis suis demergantur & curribus: nonne manifestum est, quod ipsa mortis unda, que cunctis occursum est mortalibus, rapiat pravos ad interitum, prius ad salutem referat? Cartera quoque, quæ erga eundem equitatum Dei, id est Israëliticam plebem tempore Ägyptis persecutions acta legimus, quo diligentius explanantur, eo clarus inventur in sancta universalis Ecclesia, cuius haec portio erat, præcessit: figuram. Et quoniam in hoc versu docetur, quomodo Dominus Ecclesiam inter adversa protegat: restat ostendit, quantum ipsa Ecclesia, occursum aduersis, ejusdem Domini ac protectoris lui ferveret amorem. Subditur:

Pulchra sunt genitua, sicut turritis. Turturis fertur haec esse natura, ut iugulis sui fuerit solatio deferta, nulli ulterius ait enim copuletur. Quod Ecclesia castitatem coniungit aptatur: quæ eis dominus spoli sui morte viduata est, tanta tamen ejus memoria, quem resurrexisse à morte

tuis, & in celis jam regnare novit, tenerat, ut nullatenus exterorum possit recipere consortium, solo illius quem se quandoque perventuram speret, amore contenta. Unde doctoris egregii verbis edicta soler professari: *Quia neque mors, neque vita, neque angelis, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudine, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poteris nos separare à charitate Dei, que est in CHRISTO IESU DOMINA nostro.* Quoniam ergo in genis sedes soler est pectoris, tunc sanctæ Ecclesie timenti, ne forte per exempla prævorum à via veritatis errando diversat[hoc est quod ait: Ne vagari incipi per greges fodinum tuorum] ipsius veritatis sponse dicitur: *Pulchra sunt genitua, sicut turritis.* Quod est dicere: Tanta te verecundia salutaris virtute decoravit, ut a castitate promissæ mihi fidei, nullo unquam latum auditu, corrupta resiliat. Quia sit autem maximus hujus sobrietatis custodienda gratia, subdendo maxime.

Collum tuum sicut monilia. Murenuſas aurea ſeſimutilli, vermiculatas argento. Per collum namque & cibos trahimus in corpus reficiendum, & verba profutus, quibus nostris cordis fecerat proximis declaramus. Unde et in collo Ecclesie, doctorum personam designatur, qui & vero boæ aſſiduitatis rudes influunt, & quidam influuntis officio, cibam salutis in commissa sibi faciente Ecclesie membra transmittunt. Quod videlicet collum recte molibus assimilatur. Monilia autem sunt ornamenta collis virginis, quæ virginum solent collo pendere. Quoniam & monilium vocabulo, plerunque omnia matronarum ornamenta designantur. Quia doctorum spiritualium constantia, ecclesiastum virtutum laudatur, simul & decoratur infibibus: utique qui ea quæ verba docent, operibus ostendunt. Murenuſas quoque sunt ornamenta collis virginis: catenuo videlicet autem contextæ virgiliis, & interdum etiam additis argenti virgiliis variat: ut haec lenititia probat, quæ à similitudine mucrone serpentis nomen accipiunt. Haec autem aptè contextum divinum significant Scripturarum, quibus sanctæ Ecclesie venitas augescit, cum singuli quicque fidelium perpetuis patrum dictis atque acribus, magis magisque etiam ipsi viribus fulgeret contenduntur. Autrum quippe de quo facienda dicit murenuſas, claritas sibi ſenilis ſpiritus: argenteum, quo verum culatas aſſent, minor eloqui cœlibus accipitur. Quod autem numero plurali promittit: *Faciemutilli,* de illis dicit, per quos nob̄ Scriptura facit, agente & cooperante Dei spiritu ministrata est, quorum plurimi eo tempore, quo hac Salomon præcebat, adhuc futuri erant, Murenuſas ergo aureas, vermiculatas argento, sponæ collo circumdat, quia apices divinos Ecclesie imbuedens præparavit eis, quos fidelibus suis magistri jure praeficeret. Murenuſas fabrili arte compotis collo circundat, cum anima quæque fidelis in omnibus que locutus & agit, immò in omni quod vivit, & quod spirat, continue Scripturis sanctis intendit, sensimque suum & verba diligenter ad earum exempla dirigit. Sicut pungitur hic versiculos superiori, quod ideo sunt pulchritudinis genæ sanctæ Ecclesie: id est, pudor ipsius violatus per levaret: quia frequens Scriptura divina meditatio tam errare non finit. Hunc locum antiqua traditio sic habet: *Similiudines auri faciemutilli cum diffinitione argenti, quo adusque Rex in recipibit suo eph.* In quoniam unum lenititia nomine aut claritas proprie patet ecclesiæ extinxit: cuius similitudines & non ipsa claritas incorruptibilis: in hac vita nobis per Scripturas latet. Etas ostenditur: dicente Apostolo: *Quia videlicet nunc per speculum in animage, id est similitudinibus, tunc autem facit ad faciem.* Denique Moyse ipse, ad quem, ut in Exodus legitimus, loquebatur Deus faciat ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum, scilicet non ipsam eam gloriam videlicet, precatus est, dicens: *Si ego in gratiam in confitebam tui, ostendo mihi viam tuam, ut sciam te. Et tuum: Ostende mihi, inquit, gloriam tuam.* Quid ipsum & dominus ostendit, cum respondense diceret: Non poteris in

Coloff. 3.

dere faciem meam. Non enim videbit me homo, & vivet, Non ergo negata nobis visio facie divina, sed in hac adhuc mortalitate viventibus negata: in futuro autem mundis cordibus promissa est. Hujus autem faciei, & perpetua beatitudinis, in praesenti, similitudo non solum patribus, apparente in angelis Domino, ostensa est: sed & nobis patrum scripta legentibus hodie non obscurè ostenditur, cum ea quæ illi de gloria superna patria dixerint, nos seroper animo retinere, & ad hoc videnda jugiter suspirare satagimus. Haec autem similitudines cum distinctionib; nbris sunt argenti, quia cum nitore spiritualium dictorum, cœlestis nobis arcana panduntur. Et quoniam in hac colummodo vita: non autem & in futura talium similitudinum solatis & auxiliis indigemus, aperte subjunxit.

Esaï. 33.
Coloff. 3.

Quo adusque rex in recubitu suo est.) Id est, quoadusque Christus in lectero suo est, & nequid nobis in gloria patris sui apparet, ut reddat unicuique secundum opus eius. Tunc enim, sicut Esaïas ait: Regem in decoro suo videbunt oculi sanctorum. Unde & Apostolus: Vt, inquit, vestra abscondita est cum Christo in Deo, Cum Christus apparuerit vita nostra tunc & vos apparabitur cum illo in gloria. Erat autem in recubitu suo, id est in abscondito suo rex Christus, non solum ante incarnationem & ascensionem suam in celos, verum eo tempore, quo visibilis mundo apparebat in carne: quia nec tunc vel classificationem afflumpia humanitatis, vel æternam divinitatis gloriam, suis fidibus secum in carne commandentibus ostendebat, quod omnibus electis in premio Fidei in futura potius vita promisit. Verum nostra editio, que ex Hebreo fonte transcula est, extremam hujus versiculi partem, qua dicitur: Quo adusque Rex in recubitu suo est, sequentur versi, de quo hinc disputandum est, jungit. Acceptus vero Ecclesia tantum à conditore suo munieribus, sive promissis, continuo respondit: Et qua hæc devotione operum suscepit, subdendo declaravit, dicens:

Iohann. 6.
Iohann. 4.

Dum est Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.) Accubitus autem Regis, tempus Incarnationis appellat, per quam pro nobis humiliari: & ut nos erigeremur, ipse inclinari dignatus est. In quo videlicet accubitu & Ecclesiam suam vitali cibo reficeret, & ipse bonis eius actionibus refici voluit. Unde dicit: Ego sum panis virüs, qui descendit de celo. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in eternum. Et rursum de credentibus in se populis, ad discipulos loquitur: Ego habeo cibum manducare, quem vos nescitis. Odor vero nardi, fragrantiam designat bona actionis. Dum est Rex in accubitu suo, nardus, inquit, mea dedit odorem suum, Quia cum Dei filius in carne apparuit, Ecclesia in virtutum coelestium fervore excrevit. Non quia & ante ejus incarnationem spirituales, ac Deo de votis viros non habuit: sed quia abesse illa dubietate tunc etiòribus se virtutum studiis mancipavit, cum regni coelestis aditum, cuncti recte viventibus, mox ut carnis vincula solvetur, patere cognovit.

Mar. 24.

Notandum autem, quod hujus figura versiculi etiam juxta literam in operibus Marie Magdalena, que Ecclesia typum tenuit, completa est, quando recumbente in cena Domino, caput pedesque illius unguento nardi perfudit, & dominus impleta est ex odore unguenti, ut Evangelia sancta testantur. In quorum uno enim ipsius nardi, qualis sit natura, designatur, cum dicitur: Venit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati preciosi. Quia videlicet cacumina ejus in aristis espargunt. Ideoque gemina doce, te pigmarii nardi spicas ac folia celebrant. De quo certi sunt physiologi, quia sit principalis in unguentis. Unde meritio ipsa Dominicæ corporisunctioni preparata est. Fructus est autem, ut aijunt, gravi & crassa radice, sed brevi ac nigra, fragilique, quamvis pingui sit, redolens ut cyprinus, aspero sapore, folio patvo, defensoque sunt autem multa ejus genera, sed omnia preciosa, præter Indicum, quod pretiosissimum est.

I IIII

Fasciculus myrrha dilectus meus mibi, inter ubera mea comorabitur.) Et hoc juxta literam impletum de Salvatore nostro legitimus, quando consummata passione illius,

ablato corpore de cruce, venit Nicodemus, ferens mixturam myrra & aloë, quasi libras centum. Accepéruntq; corpus eius, & ligaverunt in linteū cum aromatibus. Dilectus igitur Ecclesia fasciculus myrrha factus est, quando Dominus myrrha & aloë perlitus, linteis involutus est. Qui videlicet fasciculus, inter ubera sponsa commemoratur, cum Ecclesia mortem sui redemptoris sine intermissione, intimo in corde meditatur. Inter ubera enim cordis esse locum quis neciat? Et fasciculus myrrha inter ubera sponsa commemoratur, cum anima quæque Deo consecrata, mortem ejus, à quo le redemptam novit, intenta mente quantum valet, imitari fastigat, memor illius Apollonii sermonis: Quia quicunque sunt Iesu Christi, carnem suam crucifixerunt cum viis & consuperscentiis, Verum quia eidem morti Mediatoris ac Salvatoris nostri, mox resurrectionis gloria successit, recte sponsa subiungit.

Galat. 5.

Bottus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.) Et quidem hujus versiculi juxta superficiem literæ, hic sensus est, Sicut insula Cyprus majores ceteris terris botrys giganteo solet, & sicut in urbe Judææ, qua vocatur Engaddi nobiliores ceteris vineæ nascuntur, utpote de quibus liquor non nini, sed opobalsami defluat: ita dilectus meus mihi speciali est pra omnibus charitate connexus, adeo ut nulla mea creatura ab ejus affectu divellere possit. Typè autem, quomodo myrrha propter amaritudinem, est enim quantum mendacis infinitatibus salubris, tanum gustu amara tristitia. Dominica passionis significat, ubi ipse & myrratum vinum à militibus accepit bibendum, & sepeliendus à discipulis, myrra peruncus est, ut prædictum, ita bottus non incongruë resurrectionis ejus gaudium denunciat. Vinum enim letificat cor hominum. Bottus ergo Cypri factus est Dominus in resurrectione, qui fasciculus myrrha fuerat in passione. Merito inter ubera commemoratur sponsa, quia idem in bottum versus est vineæ. Ideo sancta Ecclesia in memoriam Dominicæ mortis nunquam suo de corde deposit: quia ipse, qui propter delicta ejus mortuus est, propter ejus quoque justificationem à morte resurrexit. Atque ei vestigia ipsius sequunt post angorem mortis, resurgendi exemplum praebuit. Qui bene etiam in vinceis Engaddi esse memoratur. Namque in vinceis Engaddi, ut praefati sumus, balsamum gignitur, quod in christis confectione, liquori olive admisceri, ac Pontificali benedictione consecrari, quatenus fideles omnes cum impositione manus sacerdotalis, qua Spiritus sanctus accipitur, hac unitione signentur: Quia etiam altare Dominicum, cum dedicatur, & cetera quæ sacrificantæ esse debent, perunguntur. Unde restitutum e per vineas Engaddi, charismata divina figurantur. Et sponsus in vineis est Engaddi: quia & ipse dominus in carne apparet, plenus est spiritu sancto, & eus dona spiritus, credentibus ipse largitur. Ideo autem arbores balsami vineas appellant: quia in vineatum non rem extollunt, quæ sine adminiculis, scipias non sustinent, quippe viti similliores quam myrra, & perpetua coma in lignis, proceritas intra bina cubita subsistit: semen earum vino proximum, gustu, colore rufum, ramis crassiores quam myrra, quæ certo anni tempore balsamum fudant. Sed & agricultæ virgula earum acutis lapidibus, lice ossis solent incidere culicellis, nam fetri tacitus ledit. Per quas incisiones enanat luccus odoris eximii, & lachrymis pulchre rotantibus exceptus lanis parva colliguntur in cornua. Quod quia per cavernam profluat corticis, sive opobalsamum nominatur (opi enim græcæ, caverna numcupatur) singulariter arbustum largior vena, ter omnibus percutunt arbustos. Præcipue autem lachrymæ gratia, secunda semini, tertia cortici, minimali ligno. Quæ cunctæ Redemptori nostro, & sollicitè confiderantur, apertissime convenient. Qui humiliis in carne, sed plenus gratiae & veritatis apparet, vulneratus est propter iniquitates, ac de suis vulneribus vita nobis, & salutis sacramenta profudit. Unde & ipse, qui virtus & sapientia Dei est, loquitur in Ecclesiastico: Et quasi balsamum non mixtum odor meum, Mirandus sane ordo verborum, ut prius sponsa dicta accumbente rege, nardum suum odorem dedit: deinde ipsum

ipsum fasciculum myrræ comparat: & tertio eundem botrum cypri cognominat: ad ultimum in vineis Engadii eum esse commemoraret. Quia & prius discubentem in cœna Dominum, mulier devota nardo perfudit. Deinde dilecti poli crucifixum ad sepiendum, myrra unctum, linteis involvunt: & post hæc ipse gaudio resurrexitio- nis mox adveniente, spiritalia fidelibus dona distribuit. Nec prætereundum, quod Engaddi fons haedi interpre- tatur. Quo nomine patenter lavacrum sacri baptismatis ostenditur, in quod peccatores adhuc & sinistra parte digni, descendimus: sed jam mundati a peccatorum friditate, atque in agnorum numero computandi ascen- dimus. Et bene cum latitiam Dominicæ resurrectionis si- gnificaret, dicendo *Bonus Cypri dilectus meus mibi*, addidit continuo, *In vineis Engadii*, id est fontis haedi. Quod etsi aperte dicere, in donis spiritualibus, que ex tempore ba- ptismi fidelibus conferuntur. Haec enim Ecclesia, quæ à redemptore suo accepit dona emittat: quæ dilectionis pignora testatur. Cui mox ipse remunerationis vice respondit.

Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum.) Ecce tu pulchra es in operibus mundis, quibus sobrie, & iustæ, & pie conversaris in hoc seculo. Ecce tu pulchra in simplicitate cordis, quia pro sola intentione æternitatis, bonis actibus insistis, expectans beatam spem, & adventum glorie magni Dei. Oculi tui columbarum, oculi cordis tui simplices & mundi, atque ab omni di- plicite fallendi ac simulandi profus immunes. Ideo mulierum beatæ, quia tales Deum videbunt. Item oculi tui columbarum, quia sensus tui (spirituali sunt intellectæ prædi- ti). Nam quia Spiritus sanctus super Dominum in colum- ba descendit, recte columba, vel columbarium vocabulo spirituali sensus ac dona signantur. Item oculos columbarum habet amica Christi, quia omnis anima quæ illum ve- ricatori intus amat, nullo exterarum rerum appetitu mil- vorum more acceditur, nulli viventium adversum quid infeste meditatur. Quod columbina fatur esse mansuetudinis, quæ cuncta quæ occurunt simplici, miti & humili corde contemplatur. Audiens autem genitum sibi, à Domino pulchritudinem, & operis videlicet, & intentio- nis causa cum simplicitate puri cordis esse contributam, devota mox voce respondit.

Ecce tu pulcher es dilectus mihi, & decorus.) Ac si aperte dicat: Ego quidem quicquid pulchritudinis, simplicitatis & gratia spiritus habeo: hoc, te dimicem largiente, percep- pi, per quem & remissionem peccatorum, & bona actionis efficaciam posedi. Tu autem veraciter, & sine com- paratione pulcher es & decorus, quia es ante secula, semper ex patre genitus, & ubi mea redemptoris tempus advenit, conceptus ac natus de spiritu sancto, & matre virgine: non solum immunis ab omni labe iniquitatis, sed & plenus gratia, & veritate, & venisti in mundum, & vixisti in mundo: quin etiam omnibus tua grata participibus, ut sint & ipsi virtutibus pulchri, tu donasti. Pul- cher es ergo & decorus, id est & divina natura perpetuita- te, & a summa humanitatis dignitate mirabilis. Cujus splendor pulchritudinis, quia quis ab exteriori actu cordibus tolerat, quanto liberius, tanto liquidius imnotescere: juxta illud Psalmista, Vacate & videte, quoniam ego sum Deus, recte subiungit.

Leuctulus noster floridus.) Aliquando enim sancta Ecclesia, quasi in lectulo cum Domino, sponso videlicet suo requiecit: aliquando cum ipso contra hostes in aie conflixit, constitutus namque in aie, cum insurgentibus acrioribus tentationum incusibus, usque ad languorem contra improbos agenem exercet fidem. Requietit vero in lectulo, cum pace temporum attidente, liberum ei reddit obsequium, cum placidum mentis intuitum, ad speculan- dam gloriam majestatis ejus intendit. Unde bene idem leuctulus, floridus est dicitur. Quia nimis laneti quia que tranquillitate temporum utuntur: & cum maxime letacionibus factis, se junis, orationibus, & terribilis spiritus fratribus vacant, cum à tribulationum laboribus celant. Tunc in supernorum contemplatione scel altius at-

tollunt, cum serenum ab extrinsecis perturbationibus tempus accipiunt. Potest autem leuctulus Ecclesiæ floribus recte accipi, non tantum propter opera munditiae, quibus iam propter prolem fidelium, quam ipsa Ecclesia fidei flore redolentem Deo gignere ex aqua & spiritu confu- vit. Cui videlicet actione tanto studiofius se, cooperante Domino, & sermonem confirmante subiecti, quanto quietum pacatumque ab invidientium insecurum tem- pus, ipso largiente percepit.

Et notandum, quod per torum libelli hujus textum, quod sponsa semper in domo, vel in lectulo, vel alio quo- liber interiori loco, cum suo dilecto manere concupiscit, quod mulierib[us] magis sexu congruit: ipse autem sponsus, quod masculino convenit, ad formicula potius optat, vi nearumque videlicet, vel horrorum, vel aliorum huius modi amicam suam evocet. Quia nimis sancta Ecclesia, si fieri possit, semper in tranquillitate mundanopacis, Domino fabulati, & lobolemei, celestem propagare atque educare desiderat. At verò ipse crebris eam in praefecti tribulationibus exerceri disponit, quomodo ad perpetua bona pervenias: & ne si cuncta temporalia fortè prospera currant, incolauit præsentis euli delecta- tis, minus celestem patriam suspirat. Itaque sponsa Clari- sti quietam in illo vitam agere desiderans, quales sine domi- bus in quibus eum suscipere velit, congeuerit inlinatur, dicens:

*Tigna donorum nostrorum cedrina, laquearia nostra pre- fina.) Domos quippe suas vatis per mundum fidelium conventicula nominat, e quibus omnibus ipsa universalis Ecclesia constat. Tigna autem & laquearia, diversis in eisdem dominibus Ecclesia fidelium ordines designant. Namque utraque in alto solent ponit, sed tigna ad munitionem sunt: laquearia vero magis decor domorum, quæ munitioni proficiunt. Significant ergo tigna, prædicatores sanctos, quorum & verbo & exemplo structa quilibet Ecclesia, ut subsistere possit, continetur, qui fixa ro- bore doctrinæ turbines hereticæ impulsionis, ne eam deje- cant, arcant. Assimilantur laquearia simplicioribus Christi famulis, qui propriis Ecclesiam virtutibus ornant, quæ doctrina verbis defendere, & contra perverseorum dogmatum imperus norum munire. Depen- dent autem affixa tignis laquearia, quia necesse est, ut qui- cunque in sancta Ecclesia sublimes virtutibus splendore defiderint, summorum patrum dictisque exemplis, quibus a terrorum ambitu suspendantur, tota mente inhaerant. Et bene tigna haec cedrina, & laquearia dicuntur esse cypresina: quia utramque hanc arborum im- tribus naturæ, alitudinis eximia, & odoris conserue- pricipi, quod eis aptè convenient, qui cum Apollono dice- re possunt, Christi bonus odor sumus Deo. Et *Nostra uir- tuus in cœli est. Et, Quis nos separabit a Christo? Iatio, & reliqua. Sed & hor, quod odor edicti deper- terim fugare solet, juxta illud poëtæ:**

Dilectus & olor antem stabilius accende cedrum, Galbanog, agitare graves indore chitinares: euipidem laquearius altis, id est doctoribus conuenient aptatur, qui virtute verbi cœlestis solent venient hac- torum dogmata repellere, eosque à simplici festi- tione fugare. Hoc quoque, quod ejus resina, que Cedru- na dicitur, in conservandis libris adeo est utilis, ut permi- ti ex ea, nec tinea patientur, nec tempore contenciantur. Qui non videat, quantum eidem prædictoribus lucis conveniat, quoniam sensu spirituali, Scriptura sancta con- fecta est, quia nulla hereticorum astuta corrumpti, nulla potest leculi labientis ætate confundi: adeo ut donec trans- cant cœlum & terra, iota unum aut unus apex non fracta a lege, donec omnia sint. Quod cum dixerit Dominus de lege, quanto magis de Evangelio tuo intelligendum rel- quit? Cypresinus etiam in eo quod mendens apta est cor- porum passionibus, quod sua venustatem comoedi velu- torum impulsu deponit, constantiam exprimit, coniugue actionem, qui alteribus virtutum ornatis sanctam Ecclesiæ velut laquearia decortant. Miratur ergo sponsa, id est

sancta Ecclesia, vel anima quæque electa, dilecti sui pulsitudinem: laudat molliciem, ac munditiam lectuli florentis: predictat internam domorum suarum venustatem, qua dilectum decenter excipiat. Sed quia præsentis temporis statu labor amplius quam requies convenient, & potius in hac vita electi Christo auxiliante, piis exercentur actibus, quam quieto si vuntur ocio: sponsam ad laborem exercitia, & toletanda pravorum confortia provocat, subiectens:

CAPUT II.

VI.

Ego flos campi, & lumen convallium. Sicut lumen inter spinas, sic amica mea inter filias.) Delectaris quidem, o amica secreta in quiete florere virtutibus: sed memento, quod ego sum flos virtutum, à quo solo omnis spiritus fructus oritur, & in quo solo floridam habere requiem valeas. Flos sum autem campi, quia per totius orbis latitudinem, doloris mei gratiam innotescere cupio. Quod nequamque valer impleri, si non tu intermisca aequiores quiete, quia delectaris, accingaris ad praedicandi officium, quo exercearis. Lumen quoque sum convallium magis quam montium, quia in illis nimis, vel claritatem gloriae meæ humanitas, vel splendorem aeternæ deiatis pandere ac revelare soleo, qui se suscipiens ditioni meæ fidei ac dilectionis humiliter subdunt: qui mea potius equi, quam suam querunt voluntatem. Qui etiæ otio delectantur interne meæ contemplationis, ad laborum prædicacionis tamen me imperante progedi non detrectant. Nam & ipse tibi participatione meæ claritatis, ut lumen compareris, donavi, & candida videlicet, perfectione operis: & preciosia, existendo fulgor mundi peccatoris.

Sed ne forte velis in hac vita securitatem habere quietis, scito tibi in præsenti cum reprobis conversandam, & pravorum quotidie stimulos perferendos; at in futuro requiem cum solis electis esse sperandam. Sicut enim lumen inter spinas, sic amica mea inter filias. Quia non solùm adversa pati habes ab his qui à te sunt & mente & professione omnimodo extraneisti illarum quoque animarum exacerbatus actiter compungitis, quas per fontem regenerationis, per quæ fidem ac perceptionem sacramentorum coelstium in filiarum te numero accepisse gaudebas. Potest sanè in eo quod ait, Ego flos campi, partus intermerata virginis intelligi. Potest sanè in eo quod subdit, Et lumen convallium, humilitas eorumtum parentum illius intelligi. Ipse enim flos in horto, non ruris, sed campi apparuit, qui de instantia virginis matris carne, carnem peccati nesciā, & virtute plenissimam afflupit. De quo dixit Elia: Egredietur virga de radice leste, & flos de radice eius ascendet. Ipse lumen in convallibus germinavit, qui insuper humiles sibi patentes pauperes, e quibus Deus homo nascetur, elegit. Unde dicit & Psalmista: Et convales abundabunt frumento. Ipse enim frumentum, quia nos pane vitæ reficit: ipse lumen, quia velut aurum fulgorem in candore divinitatem habet in nomine. Et pulchritùne prius se candor exterior paulatim aperit, & sic dum aurum coloris, quia latebat intus, gratia patet. Quia natus in mundo Dominus, prius homo sublimis, his qui in eum verè credebant: at tempore procedente, Deus esse verus innotuit. Sed & omnes electi per sucepta humanitatis ejus sacramenta ad contemplationem tendunt divinae claritatis. Cum ergo fatigata Ecclesia adversis, dixisset Dominus: Ecce tu pulcher es dilectus mihi, & decorus, lectus noster floridus, & cetera quæ sequuntur: ut desiderans nimirum in letenitate temporum contemplandas eidem pulchritudini ac decori operam dare, & ei flores vel honorum operum, vel animarum procreare fidelium, respondit ipse: Ego flos campi, & lumen convallium. Sicut lumen inter spinas, sic amica mea inter filias, ac si aperiret dicat: Recordare, quod ipse qui de virginitate potuit, qui Deus sum ante secula, homo in fine celorum, humiliatus in mundo apparui: humiliatus me locum, ac pauperibus spiritu semper exhibui, humili-

tatis gressibus ad mortem perveni: tu vero in hoc seculo quietis securitatem querere desiste. Quia potius sicut lumen inter spinas, candidor, molliorque nitescit: si aculeis eum domesticorum afflcta, veritatem tui decoris gratius ostende. Laudata autem à Domino Ecclesia, quod inter spicula perfidorum, fidei sua castitatem incorruptam servaverit, atque inter horrores pravorum ipsa gloriosior effulserit: reciproco statim responso majore illum laude attollit, & quod in ter fidelia facta bonorum singulariter sanctus eminet, narrat.

Sicut malum, inquit, inter ligna syvarum, sic dilectus meus inter filios.) Hoc est autem quod Psalmista loquitur: Quoniam quis in nubibus aquabitur Domino aut quis similiter erit Deo in filijs Dei? Sicut ergo malum, quod & viu & odore & gustu gratum est, lignis solet antecellere sylvestribus: sic homo Deus omnibus, qui puti homines sunt, sanctis iure præcellit: meritumque eorum, qui per gratiam filii Dei sunt, potentia ejus, qui per naturam est filius, transeundit. Hinc etenim dicit Joannes: Et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratia & veritatis. Hinc Apostolus Paulus: Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo illius, sanguinem famulorum, in testimoniam eorum quæ dicenda erant: Christus vero tanquam filius in domo sua, Nitescat ergo Cedrus: cyprinus seu altitudinem tollat: catena sylvarum ligna decoris, odoris, & virtutis sua miracula pandat. Praefat omnibus malum, quod præter odoris apectus que tui fuavitatem, vim quoque in se vescendi continet. Fulgeant justi suisque virtutibus: antecelit cunctis qui de virginis natus, vita nobis perpetua subsidia ministrat. Unde bene tubaditur:

Sub umbra illius quem desiderabam, sed: & fructu eius dulci gutturi meo.) Ac si aperiret dicatur, Idcirco dilectum meum omnibus præferendum esse decerno, quia in sola protectione pietatis ejus, cuius desiderio semper ardebam, refrigerium me ab æsta tribulationum invense compicere: quia suauissimum donorum ejus fructum sentio, quo me perpetuo reficiendum esse confido. Desiderabat autem Ecclesia sancta, sub umbra authoris aliquantulum respirare, cum se sole nimis persecutorum fulcatam esse querebatur, eo quod filii matri sua pugnarent contra eum: cum auxilium præfatis ejus implorans, anxia clamabat, Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pacas, ubi cubes in meridie. Cum non solùm pressuratum tædo fatigata, sed recordatione pulchritudinis ac decoris ejus illecepta, dicebat: Lectulus noster floridus. Cujus desiderio se compotem esse factam demonstravi, cum ait: Sub umbra illius, quem desiderabam, sed: & fructu eius dulci gutturi meo.

Et notandum, quod supra tigna domorum suarum cedrina, & laqueraria esse cyprenna prædicabat: nec tamen horum sibi protectionem sufficere, neque corum se contemplanda sublimitate & pulchritudine contentam esse memorabat: sed solam vitæ arborem, in cuius umbra quieteferat, cuius fructu, quod reficeretur, sedula quærebatur. Quia etiæ sancti quisque sublimia vobis virtutum tuarum exempla proponere possunt, si vitæ celestis iter prædicando demonstraret, si intercessione tua apud Dominum suffragia ferre nemini tamen eorum, sed soli dilectori Salvatori nostro dicere debemus, Filii autem hominum sub protectione alatum tuarum sperabunt, inebrians buntur ab ubertate domus tuae. Unde merito dictum est, quia sicut malum inter ligna syvarum, sic dilectus meus inter filios. Jure enim omnibus filii Dei filius præfertur unus; qui nos sicut arbor umbra ab æstu mundi persequentis protegit, sicut malum immaculabile cœlesti suavitate reficit. Cujus refectio quantæ ducedimus, quantæ sit virtus subleque teneri ostenditur, cum dicitur:

In redixit mi rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.) Mox, inquit, ut dulcedinem gratiae ejus gutturi mei cordis attigit, me recreatam punit, & ab inhumarum rerum oblatione in superba desideria translata esse sentio: ac si in cellam vinariam introducta, novo sum metu oportet simul & pocio refecta. Unde merito, qui talia bona

Psal. 88.

Ioan. x.

dedit.

dit, inextinguibili in te redamendum charitate convertit. Tipici autem, quia vini vocabulo sancti spiritus solet gratia designari, Domino attestante, cum dicit: *Qui a vinum novum in utres novos mittendum est*, id est mundis cordibus fervor est donorum spiritualium infundendus. Cella vinaria Ecclesia debet intelligi, in cuius unitate solummodo spiritus sanctus dati solet, & accipi. Introduxit ergo dilectus amicam suam in cellam vinariam, quia Dominus Ecclesiam de toto orbe collectam, in unam sibi domum fabricavit, quam sui spiritus charismate consecravit. Quae videlicet fabrica, quia in charitate maxime fundamento, ipso operante constituit: recte, postquam se in cellam vinariam introductam dixit, addidit: *Ordinavit in charitatem*. Ordinavit autem in me charitatem dixit, id est ordinatam me charitatem habere propius donavit, ut videatur quique diligenter Dominum Deum suum totu[m] corde suo, tota anima sua, tota virtute: diligenter proximum tanquam seipsum, sed & inimicum diligendo toleraret. Hujus ordinis charitatis servare, aut nescire, aut negligere ille, de quo ipse charitas dominator ac largitor ait: *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus*, & cetera. Quamvis ordinatio charitatis etiam pro confirmatione posita recte possit intelligi, quia que temere locantur, infirma sunt: quae autem ordinatae, firmiter manent, ut ordinatus Dominus in Ecclesia charitatem aptè dicatur, quam congruis profectibus in cordibus fidelium suorum solidare dignoscitur. Potest autem sic accipi quod dicitur, *Ordinavit in me charitatem*, quasi dicetur: Ordinata me ipse charitate dilexit, id est omnia quidem membra mea, hoc est omnes electos pia sibi charitate copulavit: sed eminentiores quaque ampliori, ut decet, affectu complectitur, cum dicitur: *Cum enim dilexisset suos, qui in mundo erant, in finem dilexit eos*. Omnes ergo dilexit. Et tamen indulgentios in quandam amor intinatur, cum dicitur: *Discipulus ille, quem dilegebat Iesus*. In Ecclesia pro distinctione meritorum, alios alii amplius diligit. Item: *Ordinavit in me charitatem*: Prior me ipse dilexi, ac diligendo me, ut cum redamare nossem, donavit. Hinc enim dicit: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*. Hinc & Apostolus Joannes: *Hoc est, inquit, Charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos, & misit filium suum propositionem pro peccatis nostris*. Item: *Ordinavit Dominus in Ecclesia charitatem, quia charitatem ipsam, qua eam ante secula elegit, quibusdam prefectum gradibus per temporum incrementa monstravit*. Apostolo enim teste: *Commendavimus Deus suam charitatem in nobis*: quia cum adhuc peccatores essemus, Christus pro impio mortuo est. Ac proficiente ejusdem charitatis ostensione, dicit Joannes: *Videat qualem charitatem dedit nobis pater, ut filii Dei non inveniatur, & finis*. Rursum de perfecta eadem charitate, & qua major esse nulla potest, neque ipsa unquam minui potest, dicit ipse Dominus: *Qui autem diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum*? nisi quia is, qui interim adhuc diligitur a Deo, ut credendo possit diligere, tunc utique a Deo diligitur, ut eum videndo amplius diligat: & manifestata ipsius facie, tanto verius eum tota virtute diligit, quando nil ab inferioribus, quo ab hac dilectione praepediatur, tolerat. Ordinat ergo Dominus in Ecclesia charitatem, qua eam vel ipse diligit, vel ad hunc amorem, ac proximi ritè tenendum inflammat. Quantum vero ipsa charitas mentem, quam perfectè absorberit, ab infirmatum rerum amore suffollat, sequente versu edocet, cum dicit:

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. [Langue namque amore anima, quæ ordinatam in te auctoris charitatem veraciter degultat: quia cum ad pertendam se exterritatem lucem accendit, ab hoc nimis temporalitatis amore laetificat: ut tanto frigescat ab stolidableness feculi, quanto surgit ardor ad contem-

plandum gaudia perennis regni. Sed videamus, anima, quæ tali flagrante amore, quem querat suarum, in quo malis. In floribus tenera adhuc virtutum primordia, in malis perfectio signatur. Obliscrat ergo amore lan- guens anima, filia Hierusalem, id est eas animas, quæ le- in celesti desiderio præcesserunt, ut sua cepta bonis ju- vent exemplis, & quali velinitio, vel curia, vel termino viam virtutum peregerint, ad memoriam sibi crebrius revocent: quatenus harum iunctu velut odore quodam florum, malorumque gratissimo, mollius, secundus in sui conditoris affectu reclinet. Quod & de his, quæ præ oculis habemus, sanctorum operibus, & de illis, quæ de Scripturarum quasi pratis ac nemoribus colligimus, patrum præcedentium factis, sive dictis eque valeat intelligi.

Lava eius sub capite meo, & dextera illius amplexabit me. In lava Christi, temporalia ejus dona: in dextera, perpetua vita beatitudine significatur. Unde alias de ipso, qui est Dei virtus, & Dei sapientia, scriptum est: *Lan- gitudo dierum in dextera eius, in finis sua, autem, diritia & gloriæ*. Ostendit ergo sancta Ecclesia, ostendit anima dilec- tionis sui Redemptoris petre esse intenta, qualis esse possit quies in hac vita, quam tantoperte quereret, qualiter in lectulo illo virtutibus florido cum suo dilecto in hujus exilio peregrinationis recubare desideret. *Lava, inquit, eius sub capite meo, & dextera illius amplexabit me*. Caput autem suum, principale mentis appellat. Etiamnam sponsa capituli dilectus illius supponit, cum corde fidelium Dominus in hac adhuc vita commorantur sive cognitionis scientia confirmat, cum sacramentorum suorum participatione sublevat, cum pigius eis sui spiritus tribuit, cum Scripturarum sanctarum solitaria lugget. Dene- ra autem eius amplexabit eam, cum etiam post han vitam, ecclesiis ei vita regnum perennem promittit. Et be- nè lava caput sustinere, dextera illam dicitur amplexari: qui temporalia quidem munera ad subdilatum peregrinationis hujus accipimus, ecclesiæ vero præmia sine fine videbimus. Recte autem sponsa, quæ lupa languens a- more, fulci floribus, stipari queratur, nunc manum dilecti sub capite se habere testatur: quia eis virtutum floribus amator quique sui conditoris gaudet, si proximorum profectibus, cum quibusdam subdilectum ejus faciem perveniat, delectatur: si antiquorum fandorum exempla, quibus ad diligendum, vel Deum, vel proximum ardentius excitetur, in meminisse dulce habet: uni- ca tamen est ipsi veraciter quiescere cipientem, autho- ris sui manu illustrari. Et quidem primo lava, ut per hanc ad amplexum dextera mereantur permittere. Ne quenam dextera illius quenquam amplexabitur, nisi quem prius lava ejus foventum suscepit: id est, nemo claritatem illius (ublimiter in futuro videbit), qui non in præsenti ad suscipienda humilitate ejus mysteria fideliter reclinavit. An non Paulus, qui in initio le poni- hujus fiducissimum esse docebat, dicens: *Desponsa enim mihi unum virginem castam exhibere Christo, levam sponsamque eius supponere curabat, ut ad amplexum dextera per- ducretur*? aut enim: *Nihil indicari me scire inter vos, nisi istum Christum, & hunc crucifixum*. Rursum namque eandem ad amplexum dextera eis tendere horatur, cum ait: *Quæ sursum sunt, quarete, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Et cum Christus apparuerit vita vestra, tum & vos ap- parebitis cum illo in gloria*.

Lava ergo eius, inquit, sub capite meo, & dextera illius amplexabit me. A si aperte dicat, Temporalia quidem me Domini & Salvatoris mei beneficia, quo à mundi cupiditatibus, vel perturbationibus aliquantulum quietere queam, adjuvant: at me aeternorum promissio, quibus perpetuo remuneretur, amplius delectat. Quam vero amabilis sit ipsi Domino talis sponsa sua, id est Ecclesia, vel anima, cuiuscumque electa paupilio, sequenti ejus respon- sione designatur, cum dicitur:

Adiuro vos filia Hierusalem per capress, cervos, campa- rum, ne suscitaret, neque evigilare faciat dilectam, quæ adi-

(ipsa velit.) Filias Hierusalem, dicit animas, patriæ supernæ desiderio flagrantes. Quas adjurat sponsus, ne suscitent sponsam in suo amore quiescentem: neque ab hominum conurbatione fecaliter lopitam inquietari prælumant. Qui enim electi cujuslibet mentem, vel in orationibus divina mandata sive promissa meditantur importunus impedit, sponsam utiq; Christi de lopore beato, priusquam ipsa velit, excitat. Vult enim ipsa felicissimo hoc sopore refecta evigilare, quia tempore congruo divinis se mancipare novit obsequiis, ac ratiū tempore competenter ad cura fragilitatis humanae necessaria reverti. Qui ergo fideles quoque ecclæstibus studiis intentos impedit non metuit, suis profectis virtutibus, quibus se pollere credebat, dænum facit. Unde bene sponsus filias Hierusalem per capreas cervosque camporum, ne hoc faciant, adjurat. Per capreas namque & cervos, munda videlicet anima, venenorum inimica, virtutum opera spiritualium figurantur, quæ quantum munditia prævenient, tantum virtulentas hostis antiqui machinas contempnere, immò dilisperde atque evacuare consueverunt. Et pulchre capreas cervosque dicens, addidit, *Camporum*: ut patienter simplicitatem purarum mentium, ac fidei lyncera florentum, in quibus virtutes oriantur ac nutritur, exprimeret. Itaque adjurat filias Hierusalem sponsam per capreas cervosque camporum, ne suscitent neque evigilare faciant dilectam, quoadusque ipsa velit. Ac si patenter dicat, Contestor fideles omnes, & per suas quemque virtutes, quas puro corde nutriti desiderant, adjuro, ne pia fratrum studia contemnant, ne passim temerando præpendant: sed sic quisque de proximorum profectu quasi de suo gaudeat, sic fratribus dama luci spiritualis, quomodo libi meipsum pertineat inferre. Quia nimis tuas ipse virtutes iniuri, qui virtutibus proximi parcer: immò has iniquum valere, adjuvare contemnit. Quod adjuramentum sponsi libertissime sponsa suscipiens, continuo respondit:

Vox dilecti mei.) Subauditor, hæc est quam audivi adjurantem filias Hierusalem, ne me in eis complexu quiescentem, prius quam ipsa velim suscitarem. Multum enim necesse est latet anima Deo plena, cum eam inter adversa feculi vocem ejus consolatoriam, vel per donum occultæ inspirations, vel per meditationem, auditumve sacrarum literarum percepsisse contigerit. Nam, eti; nondum faciem dilecti nostri licet mutui, jam multum nobis est præstitum, in eo quod Scripturis sanctis interim eloquorū dulcedine reficiuntur. Multum præstat eis quibus alio dono conceditur, ut sublevato ad coelestia pueri mentis intuitu, nonnullam futuræ vita suavitatem etiam in præceptis pregaudent. Unde bene, postquam letabunda dixit sponsa: *Vox dilecti mei,* mox cunctum dilectum etiam videre desiderans, sed neendum valens, adjecit:

Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.) Mones quippe & colles, eos vocat, qui generalem sanctæ Ecclesiæ conversationem, quasi floridam camporum planiciem, singulari mentis puritate transcendunt: & quanto le ab infimorum cupiditate leviores redoluunt, tanto capaciores contemplationi supernorum efficiunt. De qualibus Esaïas, cum adventum in carnis Mediatoris Dei & hominum describeret, ait: *Et erit in novissima diebus preparatus mons dominus domini, in vertice montium, & elevabitur super colles.* Rècte etenim ille mons in vertice montium, & super colles elevatur, id est ex celis hominibus esse excellior memoratur: quia in novissimis quidem diebus, homo inter homines appauit: sed Deus cum patre, ante secula existit. In his autem montibus adveniens, salitus dare dilectus, hos transilire colles perhiebet: quia corda sublimum Dominus cerebra lue visitationis gratia tolet illustrare. Et pulchre non manere in his colibus, sed salire, vel eosdem transilire dicitur: quia dulcedo contemplationis in teine, quantum alta propter agitationem rerum celestium, tantum est brevis & rata, propter gravedinem mentis, carnis adhuc mole detentatum. Corpus enim quod corruptitur aggrauat animam, & deprimit terrena cogitationem.

Beda Tom. 4.

sensum multa cogit antem. Neque huic sententiae contrarium debet existimari, quod & ipse dilectus in Evangelio, sua spōnse pollicetur, dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi.* Et rictum: *Si quis diligere me, sermonem meum servabit: & pater meus diligit eum, & ad eum venientes, & mansioem apud eum faciemus.* Manet namque semper per Fidem & dilectionem suam, perque auxilium gratiae suæ cum omnibus sanctis. Sed excellētus ad horam paucis sublimioribus, quibus vult, & quando vult, appetit. Paucorum namque, & eorum qui præ alitudine cordis, montibus comparantur & collibus, est dicere:

Sive etiam mente excidimus, Deo sive fabri sumus, vobis.

Mat. 28.

2. Cor. 5.

1. Ioan.

4.

2. Pet. 1.

Quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & Deus in eo. Tonus Ecclesiæ est fideli corde audire, quia Deus caritas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Perfectorum columnadæ est dicere: Non enim indecet fabula secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, sed speculatores, sati illius magnitudinu. De qua speculatione evidens subinfert exemplum, cum dicitur:

Simili est dilectus meus capre, hinnulus, cervorum.) Et quidem omnes qui naturas harum animalium bene nos tunt explorare, multa in his inveniunt, que dilectio Ecclesiæ, id est Domino Salvatori, apissimè convenient. Sed hoc in loco specialiter illud inveniendum, quod in altis montium habitare, saltus data velocissimos gaudent: propter quod & ratus videri à nobis quam boves solent aut asini, aliæ huiusmodi animalia: quibus semel mansueti, factis, quoties liber, utimur. Quod altitudini superiore contemplationis multum decenter aptatur: quia non in arbitrio hominis spectant, sed in gratia est Dei, quando vult apparentis. Credo Esaïas, mons videlicet extensus, non quando ipse elegit, sed quando Dominus voluit, vidit ipsum sedentem super solium excellentum & elevatum: vidit & agmina coelestia, laudes ei debitas concientia. Paulus etiam ipse mons terræ despiciens multum, ac vertice fidere tangens, non quando disposuit ipse, sed quando Deo placuit, raptus est in paradisum, & raptus est in tertium celum, audiuitque arcana verba, quæ non licet homini loqui. Conguit sanè humilitati simul & veritati assumptæ humanitatis, quod Dominus non cervo, sed capre hinnuloque eorum minoribus videlicet animalibus assimilatur, qui inter homines non solum homo, sed & humilis homo apparet. *Hinnulus cervorum factus est,* quia veram de carne patrum præcedentium carnis materiam suscepit: *factus est enim ex semine David secundum carnem.* Et ipse David: *Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Et iterum: *Qui perficit pedes meos tanquam cervi.* Sed & de ceteris cervis, lue nimis vita confortibus ait: *Vox Domini preparans cervos, ipse etenim præparat cervos,* cum fidelibus virtutum dona ministrat: quia ut cuius lue mentis ad altiora dirigant, ut incessanter fontem vita sitiant, ut angues hæretici fermonis de abditiis fraudum suo spirituali odoratum educant ac poterant, ut verbum vice ruminent, ut in recta actionum suorum gressibus modum lunferæ diabolos reneant, non hoc eorum potestatis, sed est divina largitionis. Vox ergo Domini preparat cervos, quia eis gratia in are virtutum collocat sanctos. Ex quibus videlicet cervis natus est hinnulus iure sponsus dilectus, id est Ecclesiæ vel animaliæ cuique fidi: quia ex patribus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Et quoniam his vesiculis speculatoriæ vice sublimitas expresa est, restat ergo actiua, quæ omni Ecclesiæ communis est, perfectionem ostendit. Sequitur:

En ipse factus post parietem nostrum, respiciens per fenestræ, propinquos per cancellos.) Nunc etenim dilectus in vicinia manet sponsus, nunc excellens saliens parer montibus: quia idem ipse Dominus ac Salvator noster, & perfectionibus se ad tempus, cum volunt, tametsi per speculum, & in ænigmate videndum præbet, & omnibus semper electis inviabiliter præstant: lue gratiam exhibet. De cuius exhibitione præstantia bene nunc dicitur: *En ipse factus post pa-*

1. IOH. 4.

rietem nostrum: quia nimur ita apud nos manet, immo in nobis manet, ut videti non posit a nobis. Joanne attestans, qui ait: Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & caritas in nobis perfecta est. Paties autem, qui ab eis aspectu noscludit, ipsa est mortalitatis nostra conditio, quam peccando meruimus, qui in parente primo ita conditi sumus, ut si nunquam peccato consentiremus, hoc omnes electi lumen divina contemplationis semper indefessi, & sine ullo labore cerneremus: ad quod nunc intuendum perficiunt per paucis, maximo cum labore purificante sua corda fide pertingunt. Sed in hoc pariete misericordia divina fenestras & cancellas, unde nos prospiceret, fecit: quia mentibus nostris quamlibet hujus seculi cœcitate gravatis, gratiam sua cognitionis aperuit, & crebra nos occultatæ luce inspirationis luce reficit. Cuius prospectu inspirationis, qui hoc maximè prius conditor agit, ut nos à dilectione temporalium ad prometenda supernæ pacis gaudia provocet, recte subjungit:

Et dilectus meus loquetur mihi. Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.) Omnia tempus habent, & suis spatiis transirent universa sub celo. Habet ergo & sponsa Christi. Ecclesia videlicet, velanima que celesta, tempus quicquidem: habet item tempus surgendi ad laborem. Denique ut supra adjucabat filias Hierusalem, ne suscitarent, neque evigilare facerent eam, donec ipsa velit. Et nunc mutata voce surgere cum iuber ipse, atque ad se properanter venire: nec jam ad eam in leculo quamlibet celestibus studiis florido intrare contentis: sed ipsa potius fecum, ut sequentia Cantici docent, ad excolandas vineas, bestiasque nocentes ex his propellendas præcipit exice: addens ad provocandum, inflammandumque ejus studium, quod transactis auris brumalibus, jam verna tempesties industria laborantis adjuvet, sed & vernalium adventus atque canthus avium, ruralia magis loca quam aula reddat jocunda, proventus etiam florut spem fructus futuri polliceatur agricola.

Sed quia de superficie literæ pauca perstrinximus, jam nunc ad examinerandos allegorias lenitus stylum vertamus. Dictum est supra, sub figura caprea humilique cervorum, quomodo Dominus sublimatum contemplationi interna celestium reuelat arcanorum. Dictum est sub figura ipsius. Post partem nostrum stantib, ac per fenestras, cancellaque prospicientis, qualiter omnem Ecclesiam, quainvis adhuc invisibilis, crebro salutifera compunctionis respectu illustrat. Restat nunc intimari, quomodo eandem, sive ad officium prædicationis, seu ad exercitium bonæ inciter operationes. Surge, inquit, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Surge de stratis illo multum tibi amabilis, in quo tuimet curam agere in Psalmis & orationibus, ceterisque vita studii delectaris. Propera, & veni ad impendandam etiam proximis curam salutis, per studium sedulae prædicationis. Quasi enim tot passibus ad vocantem nos Dominum protervamus, quot pro eius causa, virtutum opera patramus.

Iam enim hyems transit, imber abiit, & recessit, flores appuerunt in terra.) Hoc est quod Apostolus ait: Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abiit iam usq; ergo opera tenebrarum & induamus nos arma lucis. Sicut enim tenetos noctis, sic etiam recte per austeriorum hyemis & imbrum, temporis exprimitur infidelitas, que totum orbem ulque ad tempus regebat Dominicæ incarnationis. Ac ubi sol paliat, tunc mundo illuxit, abscedente mox ac depulsa prisca bruma infidelitatis peridia, flores apparuerunt in terra, quia initia iam nascientes Ecclesiæ in sanctorum fidelis ac pia devotione claruerunt.

Tempus putationis advenit.) Illius videlicet, cuius in Evangelio meminit Dominus: qui cum se vitem veram, & patrem suum dixisset esse agricolam, addidit confessum arque ait: Omne palmitum in me non ferentem fructum, tolleret eum: & omnem qui sert fructum, purgabit eum, ut fructus plus offerat. Potest officium putationis recte etiam juxta illud intelligi, quod Apostolus ait: Expoliantes vos veterem hos minem cum attribuere suis, induite novum. Quod exponens ipse

alibi, dicit: Propter quod deponentes omne mendaciam, loqui mini veritatem, unusquisque cum proximo suo. Et rursum. Qui surabatur, jam non sureretur: magis autem laboris operando manibus suis, quod bonum est.

Vox turris audita est in terra nostra.) Vox praedicatoris audita est in terra, que nostra iamcepit esse dum Fidei verbum recepit. De qua & in Psalmo prima labbat, id est Dominica resurrectionis, que prima fabbraci fausta est, dicitur: Domini est terra, & plenitudo eius. Vox enim tunus, que suo sonitu abscessum hyemis & veris solet figurare adventum, convenit eis qui dicere norunt: Quia tenebatur humilius, & lumen verum jam luet. Vox turris, que humiliter refonans gemitum pro cantu exprimit, congruit eis qui incolatus & promissa sibi patrie memor, dicere constieverunt: Sed & nos ipsi primis spiritus habentes, & ipsi intra nos geminus, adoptionem filiorum expectantes, & redemptionem corporis nostri. Qui & auditoribus clamant: Misericors est, & lugerit, si quis vel in iunctum convertetur, & gaudium in macrorem. Avis pli que pudicitia amatris est, & semper in jugis montium, que in arborum verticibus commoratur, vitam imitatur eorum qui sibi suisque protestantur: Quia bona est homini mulierem non tangere. &c. Nostra conversionis in celis, Nam & quod testa hominum, & conversionem fugere, magis que in sylvis ac solitudinibus degrete solet, typum praeditum corum, qui corpore licet in mundo polin, carnium mente separantur a mundo, & superna potius videbantur.

Ficus protulit grossos suos.) Grossos vocant primis & immaturas ficas, atque inhabiles elutæ, que etiam si custodi fuerint, leviter decidunt. Et fusciorum tunere protulit grossos suos, cum prædicantibus in Iudea Apostolis Synagoga protulit multos, qui zelum Dei habent, sed non secundum scientiam: qui magis imperfectione adhuc, & velut immutaram litera legalis observantiam tenere, quam intelligentiam spiritualis in ea dulcedinem suscipere vellent. Apponius hunc veritatem ea exponit, quod ficus protulit grossos suos, cum Synagoga procreavit Apostolos, qui de ea generati dulcedinem eum doctrinæ credentibus ministrarent. Et quoniam profrente Synagoga vel Apostolos, qui Evangelium predicarent, vel eos qui Evangelio legis adhuc carminis praeferte contendenter, nihilominus tunc totus orbis fides, salusque secuta est, recte subiungitur:

Vineæ floentes dederunt odorem.) Per floritionem namque vinearum, initio multiplicantium Ecclesiastis deo, quæ in Hieropolynis primò plantata, per odorem diffusa longè lateque haum fama expresa est. Quis enim gratius florantis odore vitis? Siquidem de flore earum succus expressus, populi genus conficit, & salutem ac voluptatem commodum. Cui comparandum bona operationes rationem, quis non facile videat? Exemplum ergo vinearum, quibus nascitur vinum, quod larvatae carminis, & Ecclesiæ fideli generaliter, & quibusque ecclesiæ particulariter congruit, qui sibi ipsi laetitiam spirituali, jocunditatemque fructificant, juxta illud Apostoli: Gloria nostra hac est, testimonium conscientia nostra. Et sicut Psalmista: Omnis, inquit, gloria eius filii regum ab intus. Sanctus Hieronymus hos versiculos ita exponit, vox turris audita est inter terranostria. Tuttur avis pudicissima, semper habens in sublimibus typus est Salvatoris. Et paulo post: Statim dicit turris ad turturum: Ficus protulit grossos suos, id est veteris legis præcepta ceciderunt, & de Evangelio vites florentes dederunt odorem suum,

* * *

Rom. 13.

Ioh. 15.

2. Cor. 3.

BEDÆ PRESBYTERI
IN CANTICA CANTICORUM,

Liber Tertius.

SVRGE amica mea, sponsa mea, & veni. Columba mea in foraminibus petra, in caverna mæcetia. Si iuxta expositionem Apostoli, Petrus erat Christus: que sunt foramina petra, nisi vulnera, que pro nostra salute suscepit Christus? in quibus profecto fortinimis columba refidet, ac nidificat: vel cum anima quæque mitis, vel Ecclesia omnis, in passione Dominica ipsen sua salutis unicam ponit, cum in sacramento mortis eius, & lete ab infidili hosti antiqui, qui a rapto accipitris totari confidit, & in eodem ei sobolem spiritalem, five filiorum, five virtutum fatigat. Unde bene Hieronimus lib. specie Moab, hereticos ad unitatem Ecclesiastica fidei provocans, ait: Relinque civitates, & habitate in pe tra habitatores Moab. Estante quasi columba nidificans in summo ore foraminis. Mæcetia autem, quæ ad vinearum munitionem solet de lapidibus componi (unde in Esiae cantico dicitur: Vineæ factæ est dilecta in cornu in loco uberi, & mæcetia eam circundedit) custodiana significat virtutum celestium, qua Dominus Ecclesiam vineam videlicet suam circundat, ne immundorum spirituum tanquam animalium improborum possit intrusio valet. Hinc enitem Psalmista: Immiter, inquit, angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripies eos. Et apostolus de angelis loquens: Nonne omnes sunt administratori spiritus, in ministeriis misericordia propter eos qui hereditatem capiunt salutem? In hac ergo mæcetia refugium sibi sponsa & amica Christi, quasi columba cavernam inventi, dum sancta Ecclesia per auxilium le angelicum à diabolis fraudibus defendendam esse didicit. Hortatur itaque Dominus eandem Ecclesiam, hortatur quæcumque animam sibi devotam exercitum pia fructuferi laboris, ac dicit: Surge, propera amica mea, formosa mea, & veni. Iam enim bymenstrans, & cetera, usque dum ait: Surge amica mea, sponsa mea & veni columba mea in foraminibus petra, in caverna mæcetia. Ac si aperte dicat, Postquam tempora vita gentilis superna pietate remota est, postquam flores salutis conversionis iam emertere in terra, postquam in modum putandi cœperunt instantibus vineæ cœlestis agricolis, iusti à iustis, à virtutibus virtutis discretionis doctrina separati, postquam præco salutis mundo jam latè insonuit, ac ipse mundus ad agnitionem veritatis conversus, ac iuvissima nova vita per gentes fama asperga est, obtero ò animatum fidelium multū cetera mihi dilecta, cui amicitia mea dona contuli, quam mihi sponsa vice conjungere dignatus sum, cui per infusionem mei spiritus, columbinus mentis simplicitatem contribui, pro cuius sanitate ac vita ipse vulnera, mortem tulcepi, cui contra hostes in visibiles supernæ protectionis suffragia largitus sum, obsecro, inquam, quæ talium es compos effecta domorum, ne inerti otio lenitescere velis, sed ad industriam potius, studiumque debiti certaminis, pro æterna quiete fertis, accingi.

Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.) Quæ in abdito secrete quietis, quasi columba in foraminibus petra, live in caverna mæcetia, delitefac cupis, piceor ut in publicum actionis procedas, ostendasque ex opebus tuis tuam: & quid intus pulchritudinis habeas, alijs etiam foris in exemplum declares. Namque mihi, qui interiora cordis conspicio, tunc faciem tuam ostendi existimo, cum actionem tuam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huicmodi, ad utilitatem proximum demonstrare considero. Quandiu enim quis facit uni de minoribus his, mihi facit. Sonet vox tua in auribus meis. Vox videlicet laudis, five prædicationis, id est ea quæ vel me in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritibus laudet, vel ad laudem meam, proximorum ora mentesque prædicando

excitet. Ostendit ergo faciem tuam sponsa Domino in his, quæ in conspectu ejus operatur, ostendit & sonum vocis in his, quæ coram ipso salubriter dicit. Item considerandum intentius quod ait: Ostende mihi faciem tuam. Tuā, inquit, non alienam, id est sanctam & immaculatam. Talem namque eam feci, mundans lavacro aquæ in verbo: talem sancti spiritusunctione perfeci, signans super te lumen vultus mei. Sonet vox tua in auribus meis, non extranea, id est ea quam te in die desponsionis tua habere docui, qua tu pollicita es mihi tuam servare pudore. Item ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, id est, Mihi non alijs faciem tuam ostende. Meis auribus, non aliorum vocem dare memento: id est mea gratia dilectionis, non alia qualibet, & bona opera facere, & verba dicere sancta curato. Quicunque enim bona sua facta, five dicta humanis favoribus impedit, hinc vel sue faciei pulchritudinem, vel dulcediem vocis, extensis potius quam conditori ostendit. Sed & juxta literam, scimus, quod ad deceptionem stultorum ipsam corporis sui faciem exornare, fermonesque suos super oleum mollire fatigunt, prævaricatrices hujus Dominicae præceptoris exitum. Ideoque eximia illa laude indignæ permanent, qua tuam spontam glorificans Dominus adjungit:

Quia vox tua dulcis, & facies decora. Illius namque annixa Domino dulcis est vox, cui dulce est, vel verba Domini proximis annuntiare, vel ipsi Domino laudes reponere novit cum Prophetæ: Quam dulcias auibus meis eloqua tua, saper mel & favum ori meo. Illa facies Domino decora videatur, quæ te ad videndum ipsius faciem dignam exhibere fatigat: quæ et intimo ex corde dicere convevit, Quas vi patrum tuum Domine, vultum tuum requiram: ne avertas faciem tuam a me. Haec autem non sufficit nobis nostræ cura munditiae, si non etiam errantes, in quantum possimus, corrige, si non infirmiores quoque ab eorum infidilibus defendere curenus. Unde subiungitur:

Copite nobis vulpes pusillas, que demolunt vineas nam vinea nostra floruit.) Vulpes quippe, que demolunt vineas, heretici sunt & schismatici, qui prævaudente doctrinæ vineas Christi florentes, id est, rudes fidelium mentes, quantum lacerare soleant, utinam nesciremus? Præcepit ergo sponsa sua Christus, ut cum pedissequis suis, quas filia Hierusalem appellare solet, id est cum prædicatoribus sancta humilitate sublimibus, pio labore insistens capiat vulpes pusillas, id est mox incipientes fraudulentorum virtutis reprehendere ac debellare contendat: ne majores effectæ per tempus, tanto difficultius à læsione vinearum ejus spiritualium depellantur, quanto has diuinis jam depalcerent. Et pulchre qui prius numero plusi vineas dixerat, rursum numero singulari posuit: *Nam vinea nostra floruit.* Ita etenim multis vineas, unam appellat vineam: sicut multis per orbem Ecclesiæ, unam sibi Ecclesiæ voluit appellari. Vineas namque florere dixit, urlatæ germinantes electorum plebes ostenderet. Et bene, ubi capiendas vulpes admonuit, ibi mox vineam singulari appellatione signavit; ut ob id maximè insequendos ac protrectos doceret hereticos, ne Fidem Ecclesiæ, quam unam esse oportet, eorum infidelatio scinderet, atque in partes diffideret. Aptè autem vulpium natura moribus ac verbis convenienter hereticorum, quia nimirum valde fraudulentia sunt animalia, quæ in tollis, vel specubus abconduntur: cumque apparuerint, nonquam rectis itineribus, sed tortuosis infra eisdem currunt. Quæ quomodo congruunt hereticorum dolis ac itaudibus, facile quæ intelligit.

Nec præteriendum, quod non ait, capite vobis, cum Ecclesiæ nups loqueretur vel vinea veltra floruit: sed, *capite nobis vulpes pusillas, nam vinea nostra floruit;* ut hinc nam, gisomnes, qui poscent, ad debellandam, tive corrigidam hereticorum, vel malorum Catholicorum nequitiam accenderet: quo eos fibi in hoc agendo detinere monstraret, iuvamque illæ vineam, quam defendet et pise, laborum piorum remunerator ostenderet. Unde teneat eis affectu, mox amica & sponsa ipsius columbinus cordis similitudine reponderet:

Beda Tom. 4.

Dilectus meus mibi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.) Cujus responsi feruntur a patre, quanto brevius videtur esse conclusus, Potest enim ita recte intelligi, Dilectus meus mibi, & ego illi : alterum nobis vero ac sincero amore copulatur, Potest & ita. Dilectus meus mibi ; talia divina : tue exhortationis, consolationis, reprobationis verba prouferat, & ego illi faciem meam conversationis lymphidam, ac vocem meæ locutionis puram semper offeram, & gratiam. Sed & ita, multum decenter potest accipi, ut quia multam solent vim habere pronomina : dicat Ecclesia, id est, omnis electorum multum : Dilectus meus mibi, & non alius alius. Et rursum, Dilectus meus mibi, & non alter cuiuslibet : subaudis, perpetuam dilectionis suæ gratiam praestet, fructumque reperdat. Et ego illi non alter cuiuslibet. Ego illi, non alia qualibet hominum turba, subaudis, integra semper humilitatis, atque obedientiae devotione conglutiner. Cunctis autem his sensibus convenit apud quod sequitur.

Qui pascitur inter lilia.) Id est, qui candidissimo & dulcissimo virtutum mearum solet odore lætari, qui renuentum per orbem Ecclesiæ fructu delectatur suavissimo. Ita etenim sancta universalis Ecclesia, nunc liliorum pluraliter, nunc unius lily nomine designatur. Sicut enim lily inter spinas, iuquit, sic amica mea inter filias. Quomodo & per vineas pluraliter ubi ait: Vineæ florent. Et rursum singulare per vineam, ubi subiect: Nam vinea nostra floruit : ea ipsa, quia non nisi una est, Ecclesia, figuratur. Singulariter namque ob id nominatur, quia multitudo credentium est cor & anima una. Et pluraliter rursum apostolice nuncupatur, quia nimis unum ipsa unitas cordis & animæ fidelis non jam in paucis, sed in multitudine creditum continetur.

Notandum autem, quod & lily etiam in hoc, quod adiustis igne membris mederi solent, sanctorum actibus congrunt. Qui si forte flammae vitiorum exurit corda proximorum deprehendunt, mox illis subsidium fraternalis dilectionis, quo sanentur, impudent : ne illos ardor cupiditatis aut luxuria, superbia, vel iracundia, ceterorumque facinorum fervor excedat, refrigerium eis suis consolationis & exhortationis diligentia cura sumministrant. Quidam inter lilia pascit Dominum, inter candidissimos virginum choros interpretantur. Et merito, quia & carnis castitatem fons renitent, & intus fulgore inviolati cordis eminent. Item pascit inter lilia Dominus, id est inter gratissimas sanctorum virtutes, sive catervas, ea ipsa ratione qua & nascitur inter eas. Quia enim ipse Mediator Dei & hominum, una natura cum Ecclesia tui fieri voluit: unde & eadem Ecclesia corpus ejus, & ipse caput corporis Ecclesie solet nuncupari. Pascit ipse inter lilia, cum fidelium numerus intra Ecclesiam, per fontem regeneracionis augeat. Pascit inter lilia, cum fideles, qui sunt uique membra ejus, exemplis priorum fidelium clavisimis in supernorum amore proficiunt. Et notandum, quod hic pascit dilectus, sive pascit memoratur, dicens sponsa : Indica mihi quem dixit anima mea, ubi pascit, ubi culas in merito? Pascit namque in nobis, quia corpus sumus illius & membra di membris. Pascit nos ipse, qui caput est nostrum, de quo merito glorietur omnes singuli deoestos. Nunc autem exultavit caput meum super infinitos meos, sub audi. Nos quoque postmodum exalturus, ac nostrum collegium adcapit. Ex quoniam haec Dominus pascit, quia in sancto: um ejus profectus agitur, utque ad hujus seculi finem pertinet, namque ubi ad eum visionem pervenient (quid ultra proficiant, non habebunt) recte subiungitur.

Donec aspiret dies, & inclinetur umbra.) Id est, donec venturi seculi lux oriatur æterna : & umbra vita praefentis, hoc est, ignorantia vel erroris, quibus interim etiam nos fideles, qui lucerna verbi deritum, plurimum collegamus, inclinentur ut transfeant. Ut enim illa dies cum genibus desiderata aspiraret, id est ostendere se coepit, non iam ultra Dominus inter lilia, hoc est inter sanctum convivacula pascitur : quos ipse tunc potius æterna tue gloria visione reficit. Satisbor, inquit, dum

manifestabitur gloria tua, & Beatus qui nunc esurit, qui satiarabimini. Neque hoc quod præfente vitam umbra nostra, diei vero compatet futuram, Apollonico est fermoni contrarium: quo de hac, quam nunc agimus, vita refatur, dicens: Nox pascit, dies autem appropinquavit. Nam breviter dicam, præfens haec vita fidelium, qui abiciuntur opera tenebrarum, induuntur arma lucis, in comparatione quidem infidelium, qui nil vera lucis novent vel amant, dies est: in comparatione autem futura beatitudinis, ubi lux vera sine fine conficitur, adhuc gravissimæ est. Verum quia sancta Ecclesia duxit hoc seculo novit spirituales vitas, unam videlicet activam, contemplativam aliam: nunc autem de hac, nunc de illa, nunc de utraque sole loqui Scriptura divina. Superioris quidem contemplativa mentionem faciens, ait de Domino: Ecce sicut venit saitens in montibus, transfluentes colles. Similis est dilectus meus caprea, himnologus cervorum. Ac deinde incipiens de activa. In se, inquit, stat post parietem nostram: Scilicet carcer usque dum ait: Capite nobis vulpes pusilis, qui demolunt vineas: nam vinea nostra floruit. Quia cuncta bene dicta, ad officium nos bona actionis incitant. Deinde subiect de utraque pariter, Dilectus meus mibi, & ego illi qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinetur umbra. In utraque enim vita dilectus inter lilia pascit: quia Dominus electorum suorum, & foris puta operatione, & dulci tenoris æternorum contemplationis delectant, atque in membris suis ipse reficitur. Et hoc usque dum dies vera lucis aliperit, quia tunc videlicet nec ulli boni operatore afficiuntur: nec per speculum in ænigmate perfidiores qui rapimus, & ad momentum ecclesia contemplantur, sed ipsum ecclesi regem in decoro suo tota Ecclesia in æternum videbit. Cujus visionis, quia gressus omnis, quamvis per modicū, sponsam Christi non modicum delectat, aptè subditur:

Reverte te, simili esto dilectus mi caprea, aut himnologus cervorum super montes Betber.) Quia, inquit, me ad excendas vineas, id est ad insituendas, multiplicandasque plebes fidelium excitasti ac provocasti, quia illam vineas putas impugnantem veritas, tangunt vulpulas, abiijustisti, quia factiem meam tibi ostendi voluisti, cum nondum mihi tuam erat inueniendam faciem promiseris: sed noti tam tui, ex parte demonstrando, quia per fenestrulas mihi, caeculosoque loquaris, obsecro à generali instritione revertaris sapienti, ad illustranda sublimius corda perfectorum, & sicut caprea, aut himnologus cervorum, ratus quidem, sed cum deliciis consipientem in montibus sole etesse intueris; sic in excelis mentibus veligia tuae magnitudinis qualiacunque praesentes. Preco ut cedimeti vita immortalis, quam membris omnibus meis in retributione promitis, aliquibus etiam in innere, quamvis a longe, speculandam revelas. Congrat autem & nomen montium mentibus eorum, qui contemplationi ecclesiæ oculos cordis aperiuntur, dum dicitur: Super montes Betber. Betber quippe domus coniugans, five domus vigilantium interpretatur. Et qui diligenter ceteris anno ad supernorum desideria alligari, quibus diuersis ad haec accipienda invigilant, merito carceris excellentius arcana ecclesia cernunt. Si autem legitur, ut quidam codices habent: Super montes Betber, id est domus Dei, nihil omnino quæstiones habet. Patet namque, corda pectorum, montes domus Dei recte vocati: ad distinctionem nimirum montium Samaria & Elau, & ceterorum hujusmodi, hoc est hereticorum & iherororum omnium. In alia editio pro hoc nomine latine lempum videntur. Super montes succorum & aromatum. Quid enim sanctorum mentibus congruit: qui non super vacuis cogitationibus artefacti, sed velut arboris aromatica salutibus lucis semper tunc interne dulcedinis & charitatis fecerit. De quibus videlicet lucis aquae aromatibus lempus in hoc volumine sub nomine Thuris, myrra & aloë, ceterorumque hujusmodi significatum est. Verum, quia amatores veritatis, non solum de Judais, sed etiam venient de gentibus, & de utraque plebe una fidelium Ecclesia colligetur: restat in amoris canticō post Judæe vocacionem, ac

duo *slimam* *eum* *suo* *redemptore* *collocationem*, *etiam* *gentilites*, *quo* *ordine* *ad* *agitionem* *salutis* *attigerit*, *quanto* *hanc* *inventam* *amore* *tenuerit*, *specialiter* *referre*. *Sequitur* *ergo* *vox* *dilecta* *de* *gentibus* *Ecclesiæ*.

CAPUT. III.

In lectulo meo per noctes quæsivi, *quem diligit anima mea*. *Quæsivi illum, & non inventi*: *& dixi, Surgam & circumibo civitatem, per vias & plateas queram*, *quem dilexit anima mea*; *quæsivi illum, & non inventi*. *Jam dudum*, *inquit*, *muito studio* *quaevi* *Dominum*, *quem nunc integrè diligit anima mea*; *quem etiam tunc, & si necum cognitum dilexit*, *in quantum rationem sapientia, veritatis, & divini cultus dilexit*. *Sed quia in lectulo meo quæsivi*, *id est illecebris adhuc carnis metus subditus*, *quia per noctes*, *hoc est in tenebris profundè ignorantis* *quaevi*; *(non enim mihi angelus, non propheta, non quilibet docto[r] indubius lumen divina cognitionis ostendit)* *invenire*, *quem quæsivi*, *minime prævaluat*. *Quod ubi in veritate compiri, nequam me veritatis, quam quereram, inventione positam, proposui in animo meo de lectulo carnalium voluptatum exurgere*, *ad laborem salutis et inquisitionis accendi*, *terras ac mare circumire, publicè & privatim univerorum, quos sapientiores audire, magisteria adire*: *& si quid vera sapientia, & si quid ipsam certi, quod ad æternam beatitudinem ducet, invenire, studiosè perquirere*. *Sed quavis plurimo labore mundum peragrans, sapientium verba discens, nil certum atque indubium de via veritatis addicere potui*. *Hæc autem fuisse gentilis vota*, *Deum scire cupiens, sed necum scientis, testantur studia philosophorum*, *qui pro indagine veritatis ac sapientiae totus straveret terras, tanta condidere volumina, testatur Scriptura, que ait: Athenenses autem, & omnes adveni hostes ad nihil aliud acerant, nisi ut dicere, aut audire aliquid novi*. *Testatur Apostoli Ieromo, qui in eorundem Atheniensium curia petorans, ait: Pertransiens & videns sinuadabra vestra, inveni aram, in qua scriptum erat, Ignato D[omi]no. Quod ergo ignorantes colitis, hoc annuntio vobis. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic celi & terra cum sit Dominus, non in manu acutus templo inhabitat*. *Testatur devotio Cornelij Centurionis, qui cognitionem divini cultus orationibus & eccl[esi]e nosynis à Deo querente didicit*. *Testatur iterum & opus Äthiopis, qui de finibus terra ad templum Domini veniens, cum quem nesciebat, adoratus adiit*. *Et tanto veritas quam ignorabat, amore ardebat, ut fidelis in cursu lectionibus, quas fama frequentior divinas esse divulgarat, insisteret*. *Sed hanc eus in inquisitione veritatis instantiam Dominus videns, duia se querenti tandem aliquando manifestare dignatus est: & cui insperata ut quereret, donavit ut inveniret*. *Juxta quod ipse per prophetam jam olim promisit, dicens: Egeni & pau[er]es querunt aquas, & non sunt, singula eorum siti aruiti. Ego Dominus exaudiām eos, Deus Israël non derelinquam eos. Aperiām in aqua montibus fluminā, & in medio camporum fontes, illos numerum fontes, quos Psalmista sitiens ajebat: sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Dea*. *Illa flumina, quæ ipse suis fidelibus pollicetur, dicit: Qui credit in me, sic dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viva*. *Unde & recte lubidit:*

Invenerunt me vigilis, qui custodiunt civitatem. Num quem dilexit anima mea vidistis? Vigiles namque, qui custodiunt civitatem, praecores sunt veritatis, qui ad custodiā sanctæ Ecclesiæ, qui per mundum diffundunt universum, præsollicitudine semper excabant, ac verbo prædicatio[n]is, ne hac perfidia corrumperet, iusti sunt. Hi ergo gentilitatem veritatis indagine tollerant, inveniunt: & ei[us] quod querebat, demonstrant, cilm Pb lippus Euachio Evangelij lumen aperuit, cumque propheticorum scientia verborum, quæ ipse legebat, instruit: Petrus Cornelius cum suis gratia coelesti, quam tantopere desiderabat, imbuīt: Paulus Atheniensibus Deum, quem ignorantes celebant, notum reddidit, alij diu quæstram & concupitam conditoris sui præsentiam osculabantur. Quasi

enim vigilibus civitatis dixit gentilites, quæ in sponsam Christiterat, donante ipso, permittanda, Nam quem dilexit anima mea vidistis? cum venientibus ad se doctribus libenter auditum accommodabat, & inhianter an veritatis esset via, quam prædabant, dimolcere curabat.

Paululum cùm pertransisset eos, inveni quem dilexit anima mea.) Qui doctrina vult veritatis perfici, non hanc cursum & negligenter debet attingere. Nam qui dilectum venire desiderat, necesse est prædicatores nominis ejus solerti simē pertransire, eorumque se ceteris familiariter interferat, ut sic notitiam ejus, quem prædican, vicinus mereatur assequi. Nam & librum, quem ad finem usque perlegimus, pertransisse dicimus. Unde & angelus Danielis de mysteriis quæ videbat: Pertransibunt, inquit, plurimi, & multiplex erit scientia. Padatum ergo cùm pertransisset, inquit, eos, inveni quem dilexit anima mea. Pertransire namque vigiles inquisitor debet veritatis, id est ceteris, ut dictum est, & ministriceatq[ue] admare doctorum fidelium, eorumque dicta, five letitia frequenti meditatione percurere. Quod cum paululum facit, mox dilectum, quem quarebat, inveni, quis juxta Pauli & Eliae vocem: Verbum abbreviatum fecit Dominus super terram. Illud scilicet quod ait: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit. Et de quo Apostolus: Sed quid dicit, inquit, prope est verbum in ore tuo. Hoc est verbum fidei, quod prædicamus: quod si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & credideris, quod Deus illum fulcravit à mortuis, salvus eris.

Tenui eum, nec dimittam donec introducam illum in dominum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.) Tanto instantius, inquit, inveniuntur, quanto tardius quem reprobant inveniunt. Quem me nunquam dimissuram esse proficer, sed tantum in ejus semper amore perseverare ac proficer contendō, ut etiam synagogam, per quam auditum verbi, & ministerium regenerationis accepi, ad fidem nostrinis ejus revocare statagm. Constat enim, quia in fine seculi Iudea fidem, quam nunc perfida oppugnat, recepta est. Quod fieri alterius nequit, quam per doctrinam & ministerium eorum videlicet, qui tunc degentibus fidelibus inveniantur. Dicit enim manifestè Apostolus: Quia eos citas ex parte configit Israël, donec plenitudo gentium subintraret, & si omnis Israël salvus fieret. Sanè quid ait Ecclesia: Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in dominum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ: non ita intelligendum, quasi dimissura sit ipsa Christum, postquam populum synagogæ credulitate nominis ejus intruxerit; sed ita portus, quod talis eum affectu diligat, tanta solertia, quæ ejus sunt, querat, ut etiam cognatam plebem ei subdere contendant. Juxta illud Psalmista: Oculi nostri ad Dominum Denuo nostrum, donec misereatur nostri. Neque enim ulla ratio, qui ad postulandam Dei misericordiam oculos ad Deum levat, post acceptam tandem misericordiam hos ad ima reflectit: cum hoc sit maximum perceptu indicium misericordia, ut quis oculos semper intentos ad Deum habeat, & ejus gloriam sine fine contempletur.

Notandum etiam, quod hujus capituli series, etiam juxta literam, in Maria Magdalena, quæ & Ecclesiæ typum tenuit, completa est. Cum enim Dominus, quem tota gente viventem dilexit, morte ac sepultura ab eis est subactus ap[osto]ebus, quæsivit eum in lectulo suo: tanto nimis in eum amore detinuta, ut nec datis ad quietem membris ejus, à fio pectori memoria tabesceret. Quaravit per noctes, illas videlicet duas, quibus ipse in sepulcro quæcerabat. Nec tamen invenit, quia nescium resurgendi tempus invenierat. Surrexit matutina cum aromatibus, & querendo tollerita pervenit ad monumentum. Et nec sic quidem statim, quem quæcerbat, invenit: sed primum invenierunt eam angeli, custodes itaque Ecclesiæ. Quos de Domino interrogans, atque eum resurrexisse audiens, ita demum ad ejus visionem pervenit. Tenuit, neque ultra dimisit, quoniam veraciter mortem superasse cognovit. Sed & in dominum matris introducere festinavit: quia congregationis discipularum, qui in Christo præcesserant, ac suis exequiis ad pietatem excitaverant, eum resurrexisse prædicavit,

*Adiuro vos filii Hierusalem, per capras cervosq; camporum, ne sufficietū neque evigilare faciat diletam, donec ipsa velit.) Si superiores veritus es pexerimus, non in his inveniemus quod lpona ad quietem somnumne pvererent: sed hoc potius, quod de lectulo exiliens, labore maximo q̄estionis ad inventionem lui dlechi pvererent. Et quomo-
do nunc idem dilectus filias Hierusalem, ne eam excitem, neque evigilare faciant, adjurat? Nisi forte, quia velut fa-
ciliſſimo somno sopita est anima, quia in divino novit a-
more quicq; cete. Sicut dormiens quis à rebus exterioribus oculos corporis claudit, & in visione occursum fa-
pius oculus aperuit cordis: sic nimurū, sic mens super-
nae dilectioni dedita, & visibilium se curis alienat, ut invi-
sibilium contemplatione perfectius liberiusque evigilet.
Nec mirandum, quod somno comparetur amor, quia vi-
sibilium appetitus sensum mentis avertit, atque ad invis-
ibilia appetenda convertit: cum ipsi etiam morti compa-
retur, dicente hoc eodem cantico: Fortis est ut mors di-
lectio. Quia nimurū sicut mors corpus intermit, sic &
ab exterioribus, delectationibus, internæ virtutē claritas oc-
cidit. Unde meritò adjurant filiae Hierusalem, id est a-
nimæ quoque fidelium, societatem jam supernotum ci-
vium anxia mente suspirantes. Ne sufficiet diletam, id est,
ne mentem Deo devotam ab intentione desideri cœle-
stis importuna irruptione præpadiant. Quod & de gene-
rali Ecclesiæ statu recte potest intelligi. Cujus pacem tur-
bare, Christi est voluntati contraire. De quibus, quia a-
bundē jam suprà dictum est, nunc parcius dici sufficiat.
Tantum hoc meminere lector, quia idēo repperit hic
versiculos cantico amoris, ut non minorem se Domi-
nus Ecclesiæ de Gentibus, quam de Iudeis collecta, ca-
ram habere, sed æqualem pro utilitate pace sollicitudini-
nem generet: ut propterea qua utraque una ejus dilectissima domus & familia colligatur. Et quidem Iudea quoniam se solam Deo dilectam, sibi tantummodo verbum salutis, non etiam incircumcis Gentibus committendum esse credebat, Luca attestante, qui ait: *Audierunt autem apostoli & fratres, qui erant in Iudea, quia & Gentes receperunt verbum Dei.* Cum autem ascendisset Petrus Hiero-
lymam, discepabant adversus eum, qui erant ex circum-
cisione, dicentes: Quare introisti ad viros præputium ha-
bentes, & manducantes cum illis? Et in alio loco: *Sequent autem sabbato penitentia civitas, convenit audire verbum Domini.* Videntes autem turbas Judei, repleti sunt zelo, &
contradicebant verbis, que à Paulo dicebantur. Unde res-
tē quod adjurat filias Hierusalem, ne sufficiet diletam,
etiam ita potest accipi: quod præcipiat eis, qui de Iudeis in fide præcesserant, ne inquietent eos: neque eorum saluti contradicant, qui de præputio ad fidem convenie-
runt. Ubi & hoc quod ait: *Donec ipsa velit, ita potest intellegi, quod ipsa de Gentibus Ecclesiæ spontaneis le esset vigiliis, ac laboribus subditura pro Domino.* Quapropter & earundem filiarum Hierusalem mox subinventur admirantium: quia in nationes gratia Spiritus sancti effusa est.*

XI.

Quae est ista, quae ascendit per desertum, sicut virgula sumi ex aromatis? (Quae est ista, inquit, quanta laude, quo miraculo digna, quæ non mysterio circumcisionis emunata, non adhuc fonte est regeneratio absoluta, & jam no-
val spiritus sancti est gratia perfusa? jam loquitur linguis, &
magiscat Deum? Quod nunquam factum in nostra gen-
te meminimus, ex quo vel patribus testamento circum-
cisios, vel lavacrum nobis datum est baptismatis. *Quae* ascendit per desertum. Ascendit ab infinitis voluptatibus ad alta virtutum, levans oculos ad montes eternos: immo levans, & pervenire desiderans ad eum qui habitat in co-
lio. Ascendit autem per desertum, id est, per medium gen-
tium illarum, quæ nulla erant virtutum fruge fructuosa: quas nullus de Dei populo Propheta, nullus Patriarcha, nullus adyeniens angelus, ad cultum vice salubrioris inticuerat. Cujus hæc eo majoris est miracula, quod hanc nuperum agitam ac suscepit invincibiliter servat, juxta hoc quod in eius laude Dominus ipse testatur, dicens:
Scio ubi habitas, ubi sedes est Satana, & tenes nomen meum,

& non negasti fidem meam. Hoc autem dictum est ad exemplum plebis Israëlitice, quæ ab Aegyptiæ servitu liberata tenebris, per deserti iter ad terram promissionis ascen-
dit. Unde desertum etiam in bonam partem potest recte
di illecebris separata, Dei tantum legis scrutanda, & celestium præceptorum sit observationi dedita: quæ eluci-
dens & sitiens iustitiam, manna colummodo verbi coeli-
bus. Fumus ab igne tolet nasci, natura altera petens, abumi, & humanis se paulatim auferre conpestitibus. Cujus inflat
ascendit Ecclesia, quæ igit sancti Spiritus in amorem sui conditoris accensa, omni nisu virtutum ad celestia ten-
dit: neque à ceptis desistit, donec ab humanis rebus ab-
straeta, ad invisibilis virtutis coelestis gaudia rapiatur. Et su-
cultur uno eodemque tempore partim oritur, partim
in sublimioribus, qui fuerat ortus, solet disparsus: sic Ec-
clesia usque ad finem seculi in quibusdam suis membris
per gratiam sancti Spiritus semper nova gignitur: in qui-
busdam, qui prius nati Deo suetant, semper ad celestia col-
liguntur. Quæ meritò non absolute sumo, qui quolibet diffundi potest, sed virgula sumi allumatur,
ut & unitas fidei illius, & simplex ad altiora signatur
ascensus. Ceterum de inimicis Dei, qui non nō defi-
deri coelestis intiru, sed solo superbie sumi exsolvan-
tur, dicitur: *Quia mox honorari & exaltari suerint, defici-
tes ut famus deficiunt.* Et quia sicut in prævorum mente cu-
piditas seculi, contraria flagrantia in corde bonorum ardet, fumarque virtus, & cœcū dicere: *Sicut virgula sumi addidit:*

*Ex aromatis myrra & thura, & univerſi pulvere pig-
mentari.* (Myrra quippe, quæ condensata aperte conti-
potibus, sicut etiam sacra facta Dominica tepulite di-
spensatio probat, continentiam carnis indicat. Tunc quod
Deo in preces accendi solet, virtutem orationis expi-
mit, ut Psalmista quoque precando teat: *Dirigatur ora-
tio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Univerſi pulvis pig-
mentari, omnia virtutum opera definat. Querelē non
integris pigmentis, sed in pulvere redactis comparantur:
ut admoneamus, bona qua agimus, fedula intentione di-
scernere: & ne quid in eis ineptum refideat, quasi cribro
felicite discretionis examineat. Pigmentarius vero, qui
hunc pulvrem preparat & cernit, vel homo ipse, qui o-
perat dat virtutibus, vel largitor virtutum Dominus in-
telligit. Notandum autem, quid aroma commemo-
rans, recte primum myrram, ac deinde thus, ac univer-
ſi pulvrem pigmentari nuncupat: juxta illum videlicet ordinem, quem & Dominus in Evangelio ponit, di-
cens: *Sicut lumbi vestri practici, & lacerna ardentes.* Quod
est aliis verbis dicere: *Diverte a malo, & fac bonum.* Merita
concupiscentia carnis, & offer Deo placabilis rata certa.
ascendit ergo dilecta coeliſſis ipsius per desertum, sicut vi-
rgula sumi ex aromatis myrra, & thura, & univerſi
pulvri pigmentari: quia sive Ecclesia landa, sive anti-
ma quæque perfecta, ad altiora virtutum quotidiani
profectibus crescit, quæ flamma charitatis agere suauissi-
mam continentia & orationis, immo omnium fontis
fructuum fragrantiam suo reddit aurora. Quantus & ita
recte possit intelligi, dilectam Christi ascendere, sicut
virgulam sumi ex aromatis myrra, & thura, & uni-
versi pulvrem pigmentari. Quia una eademque ejus Ec-
clesia, ex multis fidelium peritos construitur: quia di-
vectis floridæ virtutibus, quedam instat myrra am-
plus mortificandi carnis voluptatibus infundit, ad ex-
emplum ejus qui dixit: *Castigo corpus meum, & in ferrivum
subiçio:* quedam ad figuram thuri peculiaris crebit o-
rationibus vacant, alia alis bonorum operum fructibus
Deo offerendis defudant. Uno tamen omnes igit Spu-
rii inflammatæ, quali una sumi virgula, indirec-

to per

XII. 755
to per omnia studio ac devotione communi vita ecclae-
sis alta requirunt. Nec contrarium studioso lectori de-
bet videri, sed conscientiam latius intelligi, quod eadem
ipso dilecta, & sopori esse dedita, & per defertum ascen-
dere memoratur. Domini enim monstratur, cum fi-
lia Hierusalem, ne eam fulcirent, adjurantur. Et ipsae fi-
lia Hierusalem ascendere contineantur, cum continuo
respondent, *Quae est ista, qua ascendit per desertum?* Uno
eodemque tempore & loquor et ascendit, cum ab ex-
terioribus curis, desiderisque carnalibus anima le, quan-
tum valer alienat: & bona operationis, sive cogitationis
protectio ad vilionem sui conditoris appropiat. Quia
cum ascendere per desertum diceretur, quo etiam alcedat,
vel que sit causa ascensus insinuat, cum ipius que ascen-
dit, Ecclesia voce subjungitur:

*In lectulum Salomon sexaginta fortes ambiant ex fortissi-
mis Israe: & cetera, usque dum ait, Ascensum purpureum me-
dia charitate constravit propter filios Hierusalem.)* Ad lectu-
lum ergo, ferculumque Salomonis id est pacifici Regis, vide-
licet Domini & Salvatori nostri, est alcentus ejus. Lectu-
lum videlicet, quo peperit in pace requiescat: fercu-
lum vero, de quo vita diaphibus reficitur sine fine. Causa
autem alcentus est, quia medi ferculi ejusdem ad quod
ascendit, sunt charitatis confratrat. Ad quod eti alcentus
est purpureus, id est nimio certamine cruentus, dulcedo
tamen charitatis, que ei inesse dignoscitur, multum filias
Hierusalem, id est eligiora mentis animas ad hoc con-
scendum invitat. Lectulus igitur Salomonis, gloria est
superne beatitudinis, in qua ipse Rex pacis cum sanctis
luis perpetuo quietus. Ad quem lectulum dilecta Regis
ipius, id est, Ecclesia per desertum seculi hujus quotidi-
tendi: & ex parte jam pervenit, in quantum fideles suos
ad futura premia praemisit. Perveniet autem in toto,
cum in consummatione secundis conditis ipse, ac Regis ejus-
dem lupetrix civitatis congregaverit electos suos a qua-
tuor ventis. Et sicut alibi dicit, *Principiter, & se-
rit illos diffundere, & transiens ministraveris illis.* Sed & in
hac vita lectulus est Salomonis, conversatio quicquam
etorum, atque a mundanis secreta tumultibus, qui com-
plessis jam, sive sotiris viatorum confusibus, felicitas
tempore pacis imitatur. Hinc enim & Propheta
dicit, *Et salutis inquit, in pace locus eius, & habitat eius in sion:*
id est, in sublimi speculacione futurorum bonorum. Et
Apostolus Petrus, *Si exprobabimini, inquit, in nomine Christi
beaticeris: quoniam gloria Dei spiritus in vobis requiescit.*
Utique autem huic lectulo convenit aptè quod dicitur,
*Quia lectulum Salomon sexaginta fortes ambiant ex fortissi-
mis Israe: qui & praetem Ecclesie quietem ac pa-
cem, predicatoris luctu contra hereticorum tueruntur
incutius, & interna coelestis patriæ requiem perfectio-
res quicque fixa intentione speculantur.* Bene ergo de
lectulo illo Regis pacis dicunt, quod hunc fortes am-
biant. Bene iterando adjungit, *Ex fortissimis Israe,*
Israe quippe, vir videns Deum interpretatur. Quia qui
vel predicando praetem Ecclesie pacem tueri, vel
contemplando eam qui in celis est, cupiunt intueri: necesse
est vigilare, starc in fide, viriliter agere, confortari, ac
divina se dignos visione reddere. *Ex fortissimis,*
inquit, *Israe: qui omnes qui ad divinæ vilionis gaudia
tendunt, recte Israe nomine centurunt.* Sed *fortissimi, in-
quit, in es sunt.* Utique qui sive coelestis dono specu-
lationis sublimantur, seu prædicationis ministerium ri-
te peragendum suscipiunt. Qui est, aptè hexagenario
sunt numero designati: quia tales nimium denarum
eternæ retributionis pro perfectione bonarum operatio-
nis expectant. Namque sex diebus perfecti Deus mundi or-
natum, & septimo requirit ab operibus suis: merito senario
numero lumen perfectæ actionis, pro qua requies eterna
operatur, insinuat. Quod autem premia bonorum op-
erum denario numero figurentur, non omnis qui labo-
rantes in vinea Christi: quare denarium in mercedem acces-
perint, novit.

Ephes. 6. *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.)* Illos tenen-
tes gladios, de quibus Apostolus dicit: *Et galeam salutis as-*

sumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Ad illa bella
doctissimi, de quibus idem admonet dicens: *Iudicite vos ar-
matura Dei, ut possitis stare adversus insulatas diabolos: quia non
est nobis collectio adversus carnem & sanguinem, sed adversus
principes & potestates, &c.* Et recte doctissimi, quia magna
bellandi arte indigent, quia carne inclusi, in terris positi
contra spiritualia nequit in coelitus certant magna arte,
immò magna Dei gratia indigent, cum contra Archangelum
tor milibus annorum ad bella excitatum, carnis fra-
gilis pugnat.

*Vniuersitasq; ensis super femur suum propter timores noctu-
nos.]* Per femur, carnalis soler propago designati. Unde
scriptum est, Erant omnes anima eorum, qui egressi sunt
de femore Jacob, LXX. Ensem vero super femur habent
milites Christi, cum motum carnalium voluptatum spi-
ritualis verbis distinctione compriment. Et hoc propter ti-
mores nocturnos: id est, ne eos insidia tentatrix antiqui,
si securos inermesque reperirent, sternant: ne eis expug-
natis, lectulus veri Salomonis, quem custodi debuerunt.
Quod deutocorde, quem diximus, lectulo Regis aterni: id est, & de praesenti Ecclesia pace, & de fu-
tura æquè potest accipi. Timene enim Doctores sancti, ne
per teverbis haereticorum, Ecclesia status violetur præ-
sentis. Timene hi, qui contemplationi gaudiorum futu-
rorum, oculum mentis aperiunt consueverunt: ne lucem
divinæ revelationis noxin eis obnubilet demoniacæ per-
turbationis. Si autem fortissimi ex Israel, in quibus dolus
non est, qui ad bella sunt doctissimi, ensem super femur
habent propter timores nocturnos, quid mili, meisque si-
milibus agendum est? quanto in timore Domino servien-
dum, qui & nimis docti ad spirituale certamen, & ad per-
ficienda quæ dicimus, nimis fortes existimus. Unum
prosclus nobis refugium est, illi adhaerere, in illo spem
ponere, quem conflat vinci non posse: illius cum Pro-
pheta defensionem querere, lepius dicendo: *Dominus ille
summi mei, & salus mea, quem timebo?* Illuminatio mea
videlicet, ut ad bellandum erudit. Salus autem, ut in bel-
lo fortes & insuperables faciat. Si enim prædicando
persistimus, forte & ipsi cum Propheta eodem audite
metebimur, scuto circumdat te pergit ut eum: non timebas atque
more nocturno. Quidam fortes, qui lectulum Salomonis
ambunt, *super Angelos, qui pro pace sanctæ Ecclesie
contra aërias potestates dimicent, interpretantur.
Quorum tenetur videtur repugnare quod dicitur. *Vniuersi-
tasq; ensis super femur suum.* Quomodo enim carnis il-
lecebram ente continentis stirgant, vel resalent, qui
carnis naturam, ex qua subsistaat, nullam habent? Dicit
ergo Ecclesia veniens ex gentibus, *En lectulum Salomonis,
LX. fortes ambiant ex fortissimis Israe, & cetera.* Ac si pa-
tent dicat, *Quid miramini, & filii Hierusalem: id est,
credentes de Judaea plebes, quod per desertum virtutum
instat aromatum suave olentium ascendam?* Videte, qui
pacificus est Rex, ad cuius confortum proprio: tu-
tus est ab insidijs malorum, & bonis tantum accessibilis
lectulus ille queris ejus intimè, ad quem pervenire fe-
stino. Sed & plura divitiarum ejus, si audire delectat, re-
texam.

Ferculum fecit filius rex Salomon de lignis Libani. Ferculum
inde dictum, quod vel residebitum, sive discubendum
in convivio corpora ferat, vel ipsum de loco ad locum fol-
eat pro temporum opportunitate circumferi. Cui merito
santa Ecclesia comparatur, quia & credentes ad aere,
næ beatitudinis epulas levat, & ipsa per mundum univer-
sum prædicatorum suorum ministerio circumfertur. Fercu-
lum autem hoc fecit Dominus sibi de lignis Libani: quia
Ecclesia de fortibus animo & constantia animabus con-
struxit: Ligna quippe Libani & celiitudine, & specie, & tui
natura impetrabilis multum præminent.

Columnas eius fecit argenteas. Iacobus, inquit, Cephas &
Iohannes, qui videbantur columnæ esse. Quas nimis columnas
fecit argenteas, quia ad confirmandam fidem, ad sub-
levandum Ecclesie statum doctores sanctos clarisse verbi
coelestis induunt.

Reclinatorium aureum. Reclinatorium in ferculo

fecit, cùm spem perpetuæ quietis fidibus promisit. *Tel-*
lite, inquit, iugum meum super vos: & discite à me, quia mis-
sus & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. Et
hoc reclinatorum fecit auctum, quia requiem nobis & ter-
næ divinæ visionis gloria coruscans preparavit. Hinc dici-
tur: Qui autem diligit me, diligitur à patre meo: & ego diligan-
tem, & manifestabo i meipsum.

(*Ascensum purpureum.*) Vera purpura sanguine tingitur
 conchiliorum. Ascensus ergo ferculi Salomon purpureus
 est, quia Rex & Dominus noster dixit nos, & larvit nos à pec-
 catu nostro, in sanguine suo. Eton non nisi purpureus ad hoc fer-
 culum ascensus inventur, quia nullus Ecclesiam nisi sacra-
 mentis Dominicæ passionis imburus ingreditur. Unde ipse
 ait. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & bibieritis eius*
sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam
carnem, & bibit meam sanguinem, habet vitam aeternam: &
ego resuscitabo eum in novissimo die.

(*Media charitate constravisse propter filias Hierusalem.*) Ea
 ipsa videlicet charitate, qua pro nobis passus est. Major
 rem enim hac charitatem nemo habet, quam ut animam
 suam ponat quis pro amicis suis. Et sicut ait Aposto-
 lus, *Commendat aitem Deus charitatem in nobis: quoniam*
*cum abduc peccatores essemus, Christus pro impis mor-
 tuus est.* Siquidem per hanc mediæ Ecclesiam sua strati in-
 star paravit, ubi fideles animæ molliter quiescerent: quia
 totam eam intrinsecus supernorum amore replevit. Et
 hoc est quod addidit. *Propter filias Hierusalem id est, propa-*
ter animas, celestium desiderio flagrantes. Quantum
 enim majorem Deus charitatem suam nobis, pro nobis
 patientio commendavit, tanto plures ad se redamandum,
 ac pro se patientium accedit. Potest ascensus purpu-
 reum in eis quoque specialiter intelligi, qui suum pro
 Christo sanguinem fuderunt. Qui recte ad reclini-
 torium aureum per ascendit dicuntur ascendisse purpu-
 reum, quia ad charitatem perpetuæ quietis pervenerunt
 per laborem, arte tribulationis. Quibus apicè convenit
 quod sequitur, *Quia media charitate construit.* Ideo nam-
 que ad fundendum pro celesti Rege sanguinem prom-
 pti sunt: quia ipse media ferculi sui, id est, corda ipsorum
 sua charitate inflammavit. Unde Apostolus, cum ascen-
 sum ferculi purpureum describeret, dicens: *Sed & glo-
 riam in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam*
operatur, patientia probationem statim de reclinatorio aureo
subiungente curavit, dicendo: Probatio vero spem, spes autem non confundit. Ac deinde de charitate, qua mediæ sunt
 constata, conclusit: *Quia charitas Dei diffusa est in cor-
 dibus nostris.*

Mirantibus ergo filiabus Hierusalem, & laudantibus
 Ecclesiam de Gentibus, quæ sicut virgula sum ex ar-
 matibus ad celum accedit, reddit ipse caudas ascensus
 sui, exponens quod leculus pacifici Regis, ad quem pro-
 peraret, à malorum sit tuus incusibus: quodque fercu-
 lum ejus, ubi reficiendam heteret, eti ascensus sit artius,
 reclinatorium tamen habeat, instar auti præfulgidum:
 & media sui charitate constata, propter quod festina
 occurrit ascendere, scientes quia Deus charitas est: qui manet
 in charitate, in Deum manet, & Deus in eis. Quibus dictis, mi-
 tro ac decenti ordine, post enarrata Regis sui dona, i-
 plam quoque speciem ac ornatum ejus predicare in-
 cipit, cunctosque ad hoc videndum invitat: & post
 quam ipsa vocata est, vocare & alios, assumptu evan-
 gelizandi officio, curat, dum subsequenter solun-
 gitur:

(*Ereditimini, & videite filia Sion regem Salomonem.*) Filia
 aitem Sion eadem sunt, quæ & filia Hierusalem, id est,
 anime gaudia patriæ celestis suspirantes. Sion etenim fercu-
 lula, five speculator, Hierusalem dicitur vita pacis. Quod
 utrumque nomen, ejusdem civitatis superiore accolis con-
 gruit, ubi & perpetua pace fruuntur, & lui conditoris sem-
 per faciem contineantur. Ereditimini ergo, inquit, filie Sion
 & videote regem Salomonem. Ereditimini actum balausta mun-
 di conversatione, ut Regem pacis valeris videre. Egre-
 dimini mente & actione de medio Babylonis, quin in eis
 Iherusalem partem habere desideratis, juxta illud

præceptum ejusdem veri Salomonis, quod ait: *Exire de illa*
populus meu, ne participes sitis delictorum eius, unde & ipse à
mundi nos societas fecerit, & que ad coelestia cupiens
gaudia provocare, & extra muros civitatis pro nobis pati
volut, sicut & Apostolus pulcherrime apergit: Apollonius
ponit, dicens: Iesu, ut sacrificares per suum sanguinem po-
palum, extra portam passus es. Examus igitur ad eum extra
castra impropterum ejus portantes. Non enim habemus hic
manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Et quoniam i-
dem Dominus noster Iesu Christus, non solidus verus Dei
filius, sed etiam verus est filius hominis confitendum: Dei
quidem filius, aeternaliter ante facula natus: hominis vero
filius, in fine seculorum ex tempore factus: recte pol-
quam dictum est: Videote filia Sion Regem Salomonem, mox
subinfertur,

(*In diademate, quo coronavit eum mater sua.*) Hoc effo-
 nim aperte dicere, *Videote Domum in humanitate, quam*
de virginie in natu suscepit, in maiestate paternæ dexteræ
collocavit. Mater quippe sua illum diadema coronabit,
quando beata & interverata virgo de Spiritu sancto
conciplens, materiam illum illi sacrifacante carnis de sua
carne prabuit: in qua mundo apparet, & habens in noi-
bis, regnum mortis moriendo defraueret, ac vitam nobis
refurgendo repararet, quamque ad celos ascendendo
gloria perennis regni sublimaret. Videntes ergo filie Sion
regem Salomonem in decorare naturam, evam diademam,
quo coronavit eum mater sua, stupentes admittentes, quia
videlicet electi, dum gloriam filii Dei coquuntur pari
ac spiritu sancto credunt, & confitentur humanæ quo-
que assumptionem naturæ, in qua imperium mortis impo-
ravit, in aeternum clarificatam esse cognoscunt, non tunc
videlicet potentia substantia, sed operatione afflentis
eam verbi, hoc est filii unici Dei. Cujus villorum diade-
matum una filiarum Sion, & ipsa nobilitas, iamque de fi-
nibus concupiscentie terrestre egrella, summe admirata
dicitur. Eum autem, qui modo quā Angeli minori
tus est, videmus Jesum propter passionem mortis, gloria
& honore coronatum.

(*In die depositionis illius, & in die latitudi cordis illius.*) In
 tempore incarnationis illius quo ad copulandam fibi ecclesiam
 virginali extero, tanquam sponsi suo prociliis
 de thalamo, que erat dies latitudi cordis ejus: qui lati-
 batur, mundum per dispensationem ejusdem tunc incar-
 nationis ad agnitionem visionemque aeternæ divinitatis
 esse permittendum. Hinc etsi, quod cum plurimi
 ad fidem ejus confluxerunt, scriptum est: In illa horæ se-
 tavit Spiritu sancto, & dixit, Confitebor tibi patre domine cal-
 & terra, qui abscondisti hec à sapientibus & prudentibus, &
 revelasti a parvulis. Hinc ipse redemptor per suum tangi-
 nem ad superbum reduxit gener humano loquunt ceci-
 civibus, dicens, *Congratulamini mihi, quia inventorem me-*
am, quo perierat. Quia ergo supra filie Hierusalem admi-
 rantes adventum sponsi dicebant, *Quia illa que adest*
per desertum, & cetera: aplo illa responso laudat leculum,
laudat ferculum sponsi, laudat ipsum postrem sponsum,
ad cuius amplexum properat. Meminit ait amplexum pro se in
Deum humanitatis, quam instantem tempore tunc depon-
tionis, incorrupta genitrix mysterium procebat: &
ostendit iure te ad divina visionis ejus gloriam asperare,
pro qua ipse humanae habitum naturæ tulcepit. Unde
*mentio, que tantum le suis redemptoris laudibus subdi-
 dit, que ad laudandum etiam cohortes suas filias, video-
 licet Sion, intentione materni affectus invitat, ipsa*
quoque dignam laudes recompensationem ab eodem
ipso tunc suo ac redemptore suscepit: cuius voce subga-
gitur.

CAPUT III.

(*Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es! Polichram*
esse Ecclesiam dixit, pulchram repetit, quia hanc &
actione & prædicatione videt esse laudabilem. Actio-
ne videbitur, quia ad leper detestam, sicut virgula fu-
mi ex aromatibus accedit: & prædicatione autem, quia ad
summum

759
lum consortium etiam proximas suas ascendere satagit,
dicens; Egredimini, & videite filii Sion Regem Salomonem. Et
recte primò actione, postmodum prædicatione, juxta ex-
emplum, videlicet ipsius, de quo scriptum est, Quia caput le-
uis facere & docere.

Oculi tui columbarum, absq; eo quod intrinsecus latet.) Sen-
sus tu spiritualium sunt rerum contemplatione excellentes
ac venerandi, quibus mea quoque dona, qua nuper expo-
sisti: meum diadema, quod piædicti, videre & cognoscere
meruit. Quia enim, sicut supra commemoravimus,
Spiritus sanctus in columba specie apparet, meritò nomi-
ne illius spiritualis gratia signatur.

Absq; eo quod intrinsecus latet.) A bsque invisibili in
celestibus retributione, quæ à te in terris peregrinante
necundum valer videri. Hec enim majoris est pulchritu-
do glorie, quam impætumurum digne queat estimari.
Et pulchrit, ubi oculorum ejus simplicitatem, id est,
oculorum in ea cognitionem laudat: ibi eam amicam
prænomina, juxta illud Dominicum, Iam non dicam vos
servos, quia servus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem
dixi amicos: quia omnia quacunque audiri à parte meo, nota-
feceris.

Capilli tui sicut greges caprarum, que ascenderunt de monte
Galaad.) Si oculi sponsæ, acumen lensum spiritualium
recte intelligitur, potest non inconvenienter in capillis
innumeris generalium cogitationum puritas accipi: quæ
in sanctis, eti aliquid pro temporalium dispensatio-
ne sunt, ecclesiis tamen rerum intentione fieri num-
quam omittunt. Scriptum quippe est, Quia de reverentia Pan-
tus navigare Ephesum, ne qua illi mora ferret in Asia. Festi-
nabat enim, si posibile esset, ut diem Pentecostes faceret Hierosolymis.
Ubriqua terrenum quidem iter hujusmodi co-
gitationibus utebatur: sed ipsum iter terrenum præmij
coelestis intentione gerebat. Quod ipsum & de arte scien-
tia factoria, quam cum Aquila & Petrica exercebat, intel-
ligendum est: quia temporales quidem erant cogitationes,
quibus tam explebant: sed eternorum intuitus, quod
ad hanc explendam trahebantur, ut videlicet hos opere
terreno ministerium Evangelij, quod erat coeleste, ju-
varent. Unde apud idem capilli sponsæ capraram adæ-
quantur gregibus, qui ascenderunt de monte Galaad.
Hæc enim & munda sunt animalia, & ardua rupium, si-
ve arborum solent, quærendi passus gratis, scandere: quia
nimis am cognitiones electorum, ut diximus eris: ter-
rena sunt, nihilominus coelestia intendentur: & cùm eti-
am carnis sustentandæ curam gerant, erga anima potius
solitatem, ac lúpernam réfectionem, etiam mentis diri-
gunt. Possum autem in oculis sponte etiam prædicatores
intelligi recte Ecclesia, per quos coelestum arcana
secretorum, quæ generalis credentium turba neque ap-
plicat. Possunt in capillis populi fideles accipi: qui, eti
minus docti sunt ad propiciendos regendosque gressus
Ecclesia, maximum tamen ei deus sua numeritate pre-
bent obsequi. De quibus Dominus ipse, cum misis
ad prædicandum discipulis prædicaret, Quia eritis odio o-
mnibus propter nomen meum: mox consolans subjunxit,
Et capillus de capite vestro non perbit. Quod est aperte di-
cite: Et si perfugientem odi serviant, ne minimos
quidem de his, qui ad me pertinent, capit videlicet ve-
strum rapere queunt. Bene autem capilli, hujusmodi
gregibus affilimantur capraram. Solent namque per ca-
pias, peccatores designari. Et cùm omnis Ecclesia vera-
citer confiteatur, se peccato carete non posse: quanto ma-
gis his qui in plebeia sunt vita constituti, faciendam est:
quia in multis offendimus omnes? Habent ergo fide-
les peccatum: sed tamen quotidianis operum bonorum
protectibus ad illam tendunt vitam, ubi ab omni sin peccato liberi. Proprius quod aperte de eisdem capris subdi-
ctus, Quia ascenderunt de monte Galaad. In monte etenim
convertantur mystico, omnes qui corpori suo sui redemptoris adunant. Sed de eodem monte ascenderunt
capras, lupiores videlicet sinus montis, pacendi caus-
petentes: cùm humiles quaque & peccatorum furo-
rum, ac fragilitatis concijs, ipso infirmitatis sua timore

accensi, ad appetendas in Christo pacuas coelestis vita
temper feste attollere conantur.

Legimus quippe in libro Numerorum, ac Paralipo-
menon: quia mons Galaad bona validè, & uberes pas-
cuas habuerit. Quod illi singulariter alto, ac multum
fructuoso monte convenit, de quo civitas ipsa, quæ in
eo est constructa: id est, sancta Ecclesia diceret, *Psal. 22.8.*
Dominus pacific me, & nihil mihi deerrit, in loco pacuæ, ibi me
collocavit. Congruum & ipsum nomen montis, quod
dicitur acervus testimonii. Acerbus quippe testimonii
Dominus est, quia in ipso colligitur atque admatur omnium multitudine sanctorum, lapidum videlicet vivo-
rum, qui testimonio fidei probatis sunt, ut Apostolus
ait. Capilli ergo sponsæ assimilantur gregibus capra-
rum, quæ in hoc monte pacentes, ad superiora tempore
ascendere contendunt: quia five temporales electorum
cogitationes, seu fragiliores Ecclesia plebes, quo mis-
erus se a culpam immunes esse deprehendunt, eo auctis au-
xiliis querunt ejus, à quo se esse liberandos intelligunt.

Dentes tui sicut gressus caprarum, que ascenderunt de lava-
cro.) Sicut in capillis Ecclesia populi fragilioribus ad-
huc actibus dedit, sic profectores quique, & ad regen-
dam Ecclesiam apti designantur in dentibus. Quia ni-
minim isti numerositate, illi præstant firmatae: isti in
tus verbo reficiunt, illi quanvis ex anorum interna mis-
sionis capiant, extrinsecus Ecclesiam bonis ornant operibus.
An non Deus Ecclesia recte vocetur ille, cui dictum
est, Surge Petre, occida & mandula: Occide, in malis quod
fuerint, docendo anathematizare, quod coluerunt, & ipsi
los vera fidei professione redditos bonos inferre unitati
corporis tuus: quod est Ecclesia Christi? Et quidem su-
præ idem Doctores oculorum fuerant nomine signati.
Sed oculi sunt, quia secreta mysteriorum spiritualium as-
cuntur participantes, quia improbos verbo veritatis
corripunt, correptosque arque mundatos in sancta Ec-
clesia membra traiecti. Dentes sunt Ecclesia, quia pa-
rem verbi Dei parvulus illus, ad quem mandendum ipsi
non sufficiunt, parant. Solent quippe pice nartices particu-
las panis dentibus conficeret, & inter lacrandum, parvulorum
facibus minuta manfa immittere, donec eos par-
tacum abstractos à lacte, ad uolum panis perdant: sic san-
cta mater Ecclesia habet Doctores, qui inflatur uberum lac
doctrinae mollioris incipientibus ministrant, habet eos
dem ipsos, non ignorantes proficentibus panem verbi
fortioris portigent. Sed ut recte proficiant, paulatim
necessæ est eos, & per partes ad auctora descendere provocare,
primosque eis aperienda defectus spiritualibus, & hæc
cauta ac diligenter expositione disculpa, quasi prius jam
dentibus malitiosa, committant: quo hæc crebrus agendo
pedetentim eos interiorum capaces reddant arcanorum.
Hi autem dentes recte gregi tonsuram, quæ ascenderunt
de lavacro, comparantur: quia & baptismi fonte munda-
ti, & facultati suarum sunt abiectione nudati. Et quidem
omnium est, Christi vita lavacro purificari, quia nisi
renatus fuisset ex aqua & spiritu, & reliqua. Profectorum
vero est, & maximè eorum, quibus pacendi oves Iesus cu-
ra commissa est, renunciarunt omnibus quæ possident. Quod
& primi illi ac principi dentes Ecclesia, id est Apostoli,
& plura ejusdem Ecclesiae primitiva turba fecisse legitur.

Omnis gemello fastibus, & sterili non est inter eas.) Ge-
mellos fratres pasturunt oves Christi, quia omnes quos
prædicando generant Doce sancti Doctores, gemina ejus-
dem Dei & proximi dilectione instituant. Geminos pa-
turunt, quia discipulos quos eucliam, fidei & operis re-
cte scientia imbuti. Et sterili non est inter eas. Non est in-
ter oves summi patitoris illa, quæ non focus boni operis
generet. In quibus sunt & plurimi, qui & operis & do-
ctrinae fastibus gaudent. Sed nec illi inter steriles depu-
tabuntur, qui abiuri fonte latuit, statim ex hac vita ra-
piuntur. Habuerunt enim fabolem fidei, quam vel ipsi
pro se, vel alii pro ipsis professi sunt. Habuerunt & vo-
cum bona operationis, quam inter oves Christi, si expe-

A.D. 20.

Lucas 12.

A.D. 20.

Etati fuissent, socialiter exercerent. De qualibus scriptum est, *Consummatus in brevi, expedit tempora longa.* Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit de medio iniquitatum reducere.

Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce,) Labia sponsæ coco assimilantur, qui Domini fangi, quo redempta est, precium prædicare non cessat Ecclesia: sed sedula decantat. *Mibi autem absit gloriariri, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Et norandum, quod non absoluere coco, sed vitta coccinea labia comparantur illius. Vita quippe solet capillos alfringere. Si autem in capillis sponsalæ, populi fideles accipiuntur: vitta quo hos astrinxit, atque ad caput apertus coaptat; quo nis veritas doctrina intelligitur? Quia iudees credentium animos neceſſe est confirmari, atque ad amorem cultum quo sui conditoris diligenter applicari, ne malibet per inanes actus defluant, atque ab amplexu sive ornato veri capitis refugiant, ne ipso oculos, id est eos, qui sibi lumen iustitiae præmonstrare debuerant, importuna relaxatione prepeditant. Quomodo enim bona discipulorum facta non nunquam magistris exemplum virtutis sunt, ita sapientiæ eorum desidia, Doctoribus detimentum bonæ effici actionis. *Sicut ergo vitta coccinea, labia inquit, tua, & eloquium tuum dulce:* quia doctrinam suam Ecclesia, quæ mentes infirmorum alacrvia coercet. Dominica passio, non solet infirmare, & quasi tingere memoria. Nihil enim potius voluptuosus à carnibus referunt desiderij, quam cum audiunt five recolunt, quod Dominus glorie pro eis incarnari, & pati dignatus est. Unde meritò tale eloquium dulce exultat Dominus, quia multam grantem accepit, cum hoc nos alterutrum referre ac mediari consiperit, ad quod intimum ad nos ipse de ecclesiis advenit. Quodlibet in capillis, cogitationes in oculis, sensus fideliū spirituales figurari dixerimus, idem finis est expositionis, quia vagationem cogitationum superfluarunt inextinguibilem non alio facilius ordine, quam memoria sapientiæ dicit, ac semper recenlendi Domini fangi languoris cohibemus. Sed & noxios sapientiæ cogitatus, dum inculta mente volvimus, ac subito respecti à Deo signum sanctæ crucis peccatori imprimimus, & quod nefarium tractamus, abscimus, quia vitta coccinea capillos nobis ligamus, quia fluxa cogitationum trophae faci cruxis comprimitur. Quibus si talunari hæc ligatura defit, totum capitis decus fluctuando teat, quia tranquillitate mentis turbant, oculorum aciem obtengunt, quia gratiam sensuum spiritualium, improba recum carnalium meditatione obnubilant.

Sicut fragmen malii punici, ita gena tua absit, eo quod intrinsecus latet. Per genas verecundiam designari & supra docuimus, quia nimur hæc erubescitibus nobis, solet subitus rubor perfundere. Malum autem punicum, quia roſei coloris est, passionis Domini mysterium, sicut & coccineum non inconvenienter insinuat. Debeat enim modum redemptio[n]is nostræ crebra figurarum repetitione in facie carmine, sicut & in ceteris prophetice scripturis insinuari. Quia ergo sancta Ecclesia non erubescit crucem Christi, sed & ipsa gaudet in contumelij ac passionibus pro Christo, vexillumque crucis ipsius gestare solet in facie, meritò genas initar malii punici habere memoratur. Nec vacat, quod non integrum malo, sed ejus comparantur fragmīni. In fracto enim malo punico, & pars ruboris qui patebat, videtur: & pars quoque latuerat, candoris apertur. Habet ergo ruborem malii punici sponsa in genis, cum sacramentum Dominicæ crucis fatetur. Ecclesia verbis, Ottendit & candorem fratelli ejusdem malii, cum pulchra pressus ipsa caltratem puri cordis probat & factis, cum ipsa crux sui redemptoris, quid intus gratia salutaris habeat, pandit. Item ostendit colorem punicum in genis, cum prima & eminentiora ejus membræ, id est, martyres sancti sanguinem fundunt pro Christo. Addit & Candidum, cum idem inter patendum, vel impleta passione, etiam miraculis resistent. Nec prætergundum, quod malum punicum magnam granorum copiam, uno tono cortice includit: unde

& malum granatum dicitur. Quæ quidem integro adhuc malo videri nequeunt, sed fracto quam simum, clarefcunt.

Sic etenim sancta Ecclesia, quo amplius eam frangius aduersus contigerit, eo clarius quo virtutum granatum fidei tegmine complectatus, referat. Et recte additur, *Absit eo quod intrinsecus latet:* quia confessionem quidem in Ecclesia vivisca crucis possunt omnes audire, pressuras ipsius Ecclesiæ possunt omnes aspicere: nütum, quoque charismatum, qui infirmos curat, mortuos suscit, leprolos mundat, dæmones expellit, & cetera hujusmodi possunt infideles cum fideliibus inueni, polluti eum mirari. Sola autem novit ipsa, quanto invisibilis vita reneatur amore, quanta in visione conditoris sui, quando in profectu membrorum suorum dilectione flammat.

Sicut turris David, collum tuum, que adiuncta est cum propugnacula.) Et de collo supra diximus, quod Doctores sanctos significent, que Ecclesiam & spiritualibus redditu alimonias semper augmentant, & verbis sanctæ exhortationis in fide confortant. Sed & hoc quod collum in medio positum, capiti necesse corpus, aperte convenienter, quorum ministerio conjungitur Ecclesia Christi, qui huic alimenta vita ab ipso Domino pecepta tradiderunt. De quibus Apostolus gratiam Evangelii commendans, ait: *Quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum, ab eo qui audierunt, in nos confirmata est.* Hinc de ipso scriptum est: *Et dedit discipulis panes, discipulis autem turbas, & mandauit, ut venire omnes, & saturari sunt.* Quod ita corporalitera datum est, ut etiam spiritualia Domini facta agarent, quia videlicet celestis panem doctrina, ipse primus Ecclesia tua membris, videlicet Apostolis, commiserit: quem illi mox subiecto sibi ejusdem Ecclesiæ corpori apposuerunt, ac sic succedentibus sibi exordine ministris verbis, totum per orbem ad plenitudinem ejus saturatus refectio perverterit. Quod videbit collum recte turri David simile dicitur. Si enim avitas David, Ecclesia est Christi, turris in eadem civitate, inexpugnabilis est prædicatorum constantia, qui ad defendendam fidem, ad repellendam hostium relata fortia manu, ac defensibili Rege, quod nomen David sonat, firmior praeceteris fideliibus summae auctoritate constituta. Propugnacula autem, cum quibus haec turris adiuncta est, vel levissimorum sanctorum, vel divinorum munimina chartinatum intelliguntur. Assimilavit enim terti collum sponsa, cum Dominus primos Ecclesiæ magistros, datam Spiritus sancti gratia, hostibus suis insuperabiles fecit. Addidit terti eidem propugnacula, cum apteris illis senum, ut intelligerent scripturas, & suæ verba prædicatio[n]is præcedentium patrum dictis vera esse probarent. Addidit terti propugnacula, cum eis etiam faciendum lignorum dona contulit, ut novis virtutum operibus divisa esse, quæ nova prædicabant, astringerent: fantasiisque morbis corporalibus, ad salutem animæ facilius, quos erudiebant, attraherent.

Lue 8. Ecclesia pulsanda : ut quantum ei gratia spiritualis , quantum internæ virtutis inestet , innotesceret . Si quid autem distat inter Aquilonis nomen , & Austrum putamus , quorum unum frigidum , alterum constat ventum esse calidum: potest non absurdè in Aquilone austertas mundi terribilis , australiter fallentis accipi . Namque hac gemina impugnatione hortum Domini tentari probat ipse , cum exponens parabolam boni seminis dicit : Qui autem super petro a seminatus est , hic est qui verbum adivit , & continuo cum audio accipit illud: non haber autem radicem in se , sed est temporalis . Facta autem tribulatione & persecuzione propter verbum , continuo scandalizatur . Qui autem seminatus est in spinis , hic est qui verbum audit , & sollicitudo seculi istius , & fallacia divisi tauri suffocat verbum & sine fructu efficiunt . Quod autem Dominus imperativo modo dicere videtur . *Surge Aquilo , & veni Auster , perfla hortum meum: non imperat mala facete reprobos , sed libertate arbitrii sui permituti , ut volent . Potest ipse & ex malis eorum actibus facta bona qua vult , & eis indistincto examine reddere , quæ meruerint , ormenta pro malis . Deniq; induxerit Dominus cor rhaetoru , ut affligeret populum suum: led post modicum , liberatis eis qui affligerantur , punivit in aeternum eum , qui afflixerat . Et iniquorum omnium capitum dicit de beato Job , *Ecce in manu tua est : egestusque ille maxima cum plaga percussisse , an non tibi videtur , quia ventorum turbulento si ac durissimo dixerit . Perfla hortum meum , & fluent aromata illius ? Fluxerunt enim aromata de horto ventis concusso , cum pulsat ad eum vi lanctus , tantum in virtute constantiam miti odoris longe lateque dispersit , quod etiam nos in ultimo fine & mundi & seculi politos inenarrabiles suavitatis sua fragranias ianuit . Audiens autem Ecclesia flatibus tentacionum se esse probandum , nequam dilecti tui provocatione ac diabolitione contradicit : led potius , ne supereret adverus , neve prosperis corrumpatur , ejus in omnibus querit auxilium qui producit ventos de thesauris suis : & sicut beatus Job ait . Qui fecit ventus pondus . Quod alio verbis dicere est , Quoniam patitur nos tentari supra id quod possumus sustinere .**

CAPUT V.

XVI.

Veniat , inquit , dilectus meus in hortum suum , & comedat fructum pomorum suorum .) Veniat Dominus in Ecclesiam suam , ut eam ipse conservet immaculatam , ac fidei frumentum secundam . Ipse , quile promisit , mecum aliquid ad consummationem seculi esse manutinet , tunc mihi magis adventus sui praesentiam propinquus ostendat , cum me majoribus hominum tentationis puluis perspexerit , concedatque benignus , ut dilectus mihi sit ipse pater omnibus . Confido enim , quamdiu veraciter dicere potero . *Diligam te Domine virtus mea , & eripe me de iniurie mea fortissimi , & super excel's regni cœlestis statu me . Et comedat fructum pomorum suorum : & libenter impiciat , grante que accipiat opera sanctorum suorum . Juxta quod ipse de creditur sibi Samaritanus ait discipulis , Ego habeo cibum manducare , quem vos nescitis . Quod sed a vocazione Gentium dixisse , subdendo manicitat : Meus , inquietus , cibus est , ut faciam voluntatem eis , qui in su me , ut perficiam opus eis . Levate oculos vestros , & videte regiones , quia alba sunt iam ad mesem . Et qui metti , mercedem accipit , & congregat fructum in ritum aeternam . Qui , contuta , cum esuriet , qualivit fructum in sicula Iudaica : & qui minimè inventit , perpetua illaria ariditate damnavit . Fecit namque hoc figurate , significans , quia eluntes quidem synagogæ saluem : sed ipsa , quia salutis ferè fructum contempti , aeternam infidelitatem esset ultione molesta . Potest ex voce perfectorum Ecclesie membrorum specialiter accipi , dictum eorum videlicet , qui le syocera ac fixa intentione Deo servite meminerint . *Veniat dilectus meus in hortum suum , & comedat fructum pomorum suorum . Ac si aperire dicatur , Utrum in citius veniat Dominus , ut nobis mercudem pia nostræ devotionis benignus restituat . Et sic ut**

nos temper eum diligere , & ei fructum justitiae , quem ipse donavit , reddere curavimus : ita nobis felicissimam fuæ charitatis recompensationem ad eum suscipiendo manifester . Quod cum omni tempore sanctos dicere deceat , quanto magis , cum praesentis Ecclesie statum procellis tentationum viderint esse concepsum . Quorum ipse desiderio grata mox voce respondens , eadem quæ petebatur , jam se fecisse testatur .

Veni in hortum meum / oror mea , sponsa mea .) Veni , inquit , sepissime in Ecclesiam meam : immo hoc facere nullo modo , peregrinatione ejus tempore , delito . Venio autem , ut & errantes corrigan , & infirmantes adjuvent , & dubitantes in fide confirmem : bene agendum fructibus perfectis , quasi suavissimis dapibus palcar , & certantes ab hostium defendam infideliis : & victores hostium , perpetuas visionis corona remunrem .

Messu myrrham meam cum aromatibus meis .) Per myrrham designantur hi , qui vel martyrio vitam finierunt : vel qui carnem suam crucifixerunt cum virtutis & concupiscentiis . Per aromata , generaliter omnes , qui bonorum opatum sunt fami insignes . Metitque myrrham suam cum aromaticis suis , quando martyres suos cum ceteris electis , ubi ad matutinam , quique donatae libi perfectionis pervenient , quasi quadam fale mortis ab hac vita praecedit , atque ad interna supernæ beatitudinis gaudia perducit .

Comevi favum cum melle meo , bibi vinum meum cum lacte meo .) Favum comparantur hi , qui in literis sacris dulcedinem tenuum spiritualium inveniunt , atque ad solutem audiendum elucidare prædicando neverunt . Meli assimilantur , qui appositis sibi epulis verbi libenter gustare , hisque infatibiliter vesci desiderant . Item in vino fortes ac summi cœlestium prædicatores in lacte autem , infundi adhuc auditores exprimitur . Et cum horum omnium vitam diversi sunt studiorum modis distantem , sed una suorum reuulsionis spe communem internum arbitrio approbat , quasi favum cum melle comedit , yinumque bibit cum lacte . Non solum autem ipse prius electorum actibus delectatur , sed ad tale mentis convivium , id est , ad congaudendum boni sanctorum desiderans , fideles quoque tuos hortatur , dum subiungit :

*Comedite amici mei , & bibite , & inebriamini charissimi .) Id est , vos quoque , qui mihi estis amici faciendo que præcepit vobis , etis & chansimi , me integra charitatem amplectendo : obsecro itaque factis sanctorum , quasi epulis præcipuis præcordia vestra replete . Nec tantum haec in memoriam revocare curate , sed ipsam eorum memoriam ad imitacionis fructum convertite . Hoc estenim post eum , nos favi & mellis , post potum vini & lacis inebriari , non tolim mirandis bouorum virtutibus gaudere , sed has quoque sequi , ac per earum refectionem , torporem nosca etiatis excutere : atque ad amorem aeternorum vivacius accendere . Econtraid dicit Propheta quisbusdam . Comedisti , & non es saturatus : bibisti , & non es inebriatus . Comedit namque epulus mensa vitalis , sed non latitans : bibit calice salutans , sed non inebriatur , qui verba quidem scripturarum dicit , justorum exempla cognovit , nec suam tamen vitam mutavit , moresque suos correxit . Bibit , led non inebriatur , qui præcepta vita lætabundus audit , led ad hac implendor tempis ac piger remaneat . Si autem lupi in sententiâ Domini qui ait , *Comedite favum cum melle meo , & bibi vinum meum cum lacte meo ;* hoc significatum accipere voluerimus , quod sanctos tuos de hoc seculo ad cœli sua transulerit , & in supernorum ciuium , qui sunt utrūq; corpus ejus , societatem introduxit , conseqens ent , hanc eum , de qua nunc loquimur , admotionem ad eodem cœli cives dataam intelligi . Cum enim te dixisset favum cum melle suo comedisse , & bibisse vimum cum lacte tuo , id est sanctos in cœlestis sui corporis augmentum collegisse : mox ad platos cœli incolas vultum , & verba convertit , dicens , *Comedite amici mei , & bibite , & inebriamini charissimi .* Quod est aliis verbis dicere , Congratulamini mihi quia in ritum aeternam , que pertinet . Et quidem apud prima cœlum latitans favo & stimulatur ac meli illi , quos à constitutione mundi sibi placentes , Dominus à mortuis*

Luc. 15.

Beda Tom. 4.

Kk 3

refugens

refurgens, secum ablatos ab inferis ad cœlestia regna subvenit. Ut mellis videlicet & equipatur animatum dulcedo sanctorum, quas ad eternam in celos gaudia sublevavit. In favo autem non minor felicitas eorum qui in corpore simul & anima immortaliter ad superiore civitatis per illum meruerunt atrijs confundere. De quibus Evangelista manifestè testatur, *Quia mortente in cruce Domino monumenta aperta sunt, & multa corpora antlorum, qui dormierant, surrexerunt.* Et post resurrectionem eius venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multa. Qui enim resurgentem Domino resurrexitum à mortuis, etiam ex celo, ascendentem, simul alcedis credendi sunt. Neq; illa ratione illorum temeritati fides accommodanda, qui eos postea reverentur in cinerem ac denuo in monumentis, que pridem paretur, sunt ab eis, quibus paulo ante vivi apparuerunt, more mortuorum putantur & reclusos. *Comedit itaq; ponsus favum cum nelle suo,* cum Dominus universos, qui sibi ab exordio vita hujus fideliter servierant, partim carnis immortalitate gaudentes, partim resurrectionis adhuc premia praestolantes, ad vitam eternam perduxit: atq; una omnes ineffabilis gloria inter angelorum contribuens, beatitudinem sublimavit. Hactenus sanctæ Ecclesiæ decus & virtutes plurimo Dominus sermone laudaverat, incipiens ab eo quod ait, *Quam pulchra est amica mea, quam pulchra es, oculi tui columbarum.* Quæ videlicet audatio cotisque perducta est, ut ipsa etiam adversis probanda opponeretur. Quid ubi agi ceperit, invocat illa unicum ipsud redemptor auxilium. Et ipse nihil vota moratus, sub myrra & aromatico vocabulo eos, qui vel pressuris probati, vel alijs erant virtutibus ornati, supernam congregavit ad patrem. Sed & omnem sanctæ Ecclesiæ vitam, que in magnis distinguuntur, & auditoribus suis, nomine favi mellis & laetis acceptam sibi esse declaravit. Quibus expletis sequitur vox Ecclesiæ desiderantis in abdito potius, ac silentio contemplationis Domino adhaerere, quam per laborem prædicacionis, arma in se futoremq; accendere pravorum.

XVII. *Ego, inquit, dormio, & cor meum vigilat.*] Ac si dicat, Cœlestibus ad tempus persecutionum flutibus, aliquantulā in præfecti etiam vita requiem in Domino ceperit habere: cuius ocio libentissime vfa, ita toto cordis desiderio ad eam, quæ fine necrit, requiem vigiliare non cesset. *Ego dormio,* quia donante ebus gratia, aliquantula vita hujus tranquillitate in colendo illum, perficitur. Nec tanto videlicet labori prædications, quantum primitiva Ecclesiæ subiuncta mancipata: nec torpula confitibus perfidorum, quot primò tempore, innumeræ nascentis Ecclesiæ pertulere catervæ. *Et cor meum vigilat,* qui quo liberius vaco ab incuriosis externis, eo altius intus video, quoniam ipse est Dominus. Hac quidem Ecclesiæ sancta dicit in eis, qui ferentitate vita temporalis, psalmis, jejunis, & ceteris vita temporalis, orationibus, & elemosynis, quietioribus actibus Domino levriter cupiunt. Verum quia laboris est haec vita, non requie, mox exitans se Domini sentit vocem, arque ad fudorem prædicandi cohortantis: ut meminerit sibi in tempore hujus exitii, desiderata quietis, nec abnegationum putus gultum, nec perfutitionem eternitatem datam sequitur enim:

Vox dilecti mei pulsantus, Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.) Puffat enim dilectus ad osculum nostrum, cum nos Dominus ad profectum virtutum excitat, cum de acquirendis promissi regni gaudiis adinonderit: sic & nos ad ebus pulsantes osculum, cum ab eo profectum virtutum, cum ingressum regni querimus: memoris nimur promissi ipsius, qui ait, *Pulsate & aperiatur vobis.* Sed & ipse ad osculum nostrum se pulsare declarat, cum dicit, *Ecce ego ad osculum, & pulsabo.* Si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cenantabo cum illo, & ipse meum. Duobus autem modis pulsanti Domino apertum, cum vel cordis nostri aditum ad fusco piendum facientum amorem illius, quem jam aliquantus habemus, pandimus: vel certe proximorum corda ad fulcendum eam, quem nequum habuerunt, timorem vel amorem ejus prædicando referamus. Est & recta Domini ad osculum nostrum pulsatio, cum nos de-

hic vita rapidos, præmissis infirmitatibus admoneat. De qua ipse in Evangelio, *Et vos, inquit, similes hominibus ecclæsiæ venerit & pulsaverit, confessum aperiant ei.* Confidimus enim, neque ad judicium ejus induci formidamus, cui rasse meminimus. Juxta Psalmistam, *Et honor regi indicum diligit.* Verum hoc in loco Dominus, si diligenter consideratur, illam potius apertione anime fidelis, qua in eruditio ne sit proximum, quare videatur. Confer etiam, quia suum ipso cor illi aperuerat, quia carnis abolita vinculis, ad illum egredi desiderabat, quæ dicere valebat. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Constat, quia iam ad ipsam intraverat dilectus, quem tot & tantorum nomina honorabat insignibus. ut diceret, *Soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* Soror mea, quia regnum me coheres effecta. Amica mea, quia jugum servitus credula, arcancorum meorum conscientia factæ es. Columba mea, quia spiritus mei dona illustrata. Immaculata mea, quia secreta a negotiosis actibus, divinitus es sublata a speciebus. Sed cum dicis, *Aperi mihi:* corum procedunt, qui nequum his omnibus erant digni, prædicando sibi aperiatur requiri: ut etiam lequentia verba declarant, quibus dicitur.

Quia caput meum plenum est rose, & cincimi megitus nocturnum.) Caput Christi est Deus, ut Apolos dicit, *cincimi autem ejus, collecta sunt in mente fidelium ejus cogitationes, quæ non sparcat defuntum, sed per discipulam constituta subsistunt.* Ros vero & gutta nocturna, que in medio tenebrarum cum frigore ab alto decidunt, in quorum sume mentes, obscuræ nimbit & cæca, & ea quæ in terris sunt, semper apparentes. De qualibet dictum est: *Quia abundante iniquitate refugiet chorua multorum.* Præcipit autem Dominus, ut diligamus ipsum, diligamus & proximum. Sed cum ipsum minor, quæm debemus, amore veneramur, cum multi etiam, quod pejus est, nullo profructu erga ipsum charitatis affectu tenentur, quid nisi caput Christi plenum est rote? Ecum prævi quique famulis quoque Christi feliciter colliguntur, ac sibi conditoris amori atque adhæribus, odium pro dilectione impendunt, nonne encinni ejus guttis nocturni madent? & plementia frigore, & persecutionis graviter tolerant? Ubi ergo huiusmodi tempus ingreditur, merito excitat Dominus Ecclesiam de somno studiorum dulcium, qui oblectatur, eamque verbo prædicacionis infiltra, ac frequenter exhortatione corda prævorum calefacere, illustrare, ac sibi aperi præcepti, que contra illum clausa erant: ut ingerens posse habere per fidem, malens eam ad plurimorum salutem, per laborem pervenire, quam in paucis, qui salvati fuerant, quietem habere, rametis & cœlestium bonorum crebra meditatione laudabilem. Provocata autem ad laborem prædicandi respondet Ecclesia Domino:

Exponi me tunica mea, quomodo induar, illa?] Ac si aperte dicat, Delleri negotia rerum infirmatarum, quæ ratione repeat? Qui enim se ad officium prædictions accingit, quiq; regendatum sollicitudinem solliciti animarum, restat ut ad providenda eis quibus eterna prædictio temporaliuum quoq; necessitatum subfidae vigileat. Ideo: Ecce Ecclesia in eis, qui suam & in fecero curam agerentur, quam molestis laboriosarum actionum occupari, exulte tunica sua, nec denuo indui possi commemorat. Nam quia tunica occupationes hujus leculi figurare denonciant, testatur ipse Dominus, cum de adventu novissimi sui exanimis loquens ait, *Et qui in agro est, non revertatur tulere tunicam suam:* mystice admoneens, ut qui ergo prædictio fructuum spiritualium manum menemque occupaverat, ne ad obleclamenta mundi, quæ abcerat, appetenda rebeat.

Lavi pedes meos, quomodo inquinabili illis?] Jam mes cogitationes, quibus aliquando terram tangere solebam, frequentibus lecerat compunctionis steribus abliui, & quantum moribus possibile erat, cœlesti ingressus dignos reddidi.

reddidi, ita ut dicere possim, *Quia flantes erant pedes nostrin artis tuis Hierusalem id est, et si needum ipsa superna civitatis interea intrare promeretur, jam tamet instantium cogitationes meas purificare studui, ut initia quedam non parva gaudiorum illius fixo laepius intuitu cordis me pra-libasse meminerint & quomodo fieri potest, ut a culmine contemplationis egrediens, rursum mundi cordibus polui?* Excepta enim sollicitudine, quem diximus temporalius subsidiorum, difficile est multum, ut non doctorem etiam extimus, aliquia aut jactantia culpa nonnunquam permoveatur, aut ira videlicet, non divina & celestia loquens, humilians audiat; jactantia vero, si humiliter obediens sibi, multas Domino credentium plebes acquirit. Turbat ira, si reprehenditur: inflat jactantia, si ejus sermo laudatur. Hinc Jacob ait: *Nolite plures magistrorum fratres mei, quoniam maius indicium sumius in multis enim offendimus omnes.* Hinc ipse Dominus redeundibus a predicatione discipulis pedes lavat: significans, quia nec ipsi summum prædictores possint omnibus saltem cogitationum, quibus terram contingunt, carere peccatis. Sed hæc tamen ipse, qualiaque sint, propitiis ablatu. Oblectatur ergo sancta Ecclesia suavibus ac salubribus vita quietæ studiis, in eis qui talium esse experti meruerunt: manus que predicandi excusa, dicens quodammodo cum Moye: *Objecro Domine, nütte quem miseras es.* Verum quia Dominus amorem erga se nostrum, in proximorum maximè vult amore cognoscere: unde Petro ipsum se amare tertio profidenti, tertio respondit, *Pascere oves meas:* aperte subditur,

Dilectus mens misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.) Manum quippe suam dilectus per foramen mittit, cum nos Dominus occulta invisibiliter compunctione ad opus virtutum accedit. Manum suam ad nos paupere cupientes mittit, cum nobis ad memoriam reducit operationem suam, quam operatus est in nobis, non solum videlicet, ut homines esse nossum, sed etiam ut ipsi essent. Manum suam mittit ad nos, cum nos admoner operationis, quam operatus est in se nobis, cum de fini patris ad publicum nostrum egredius, non tantum incarnari, & in terris converlari, ut nos faceret spirituales & celestes, verum etiam mori, ut nos perpetuò vivemus, dignatus est. Unde meritò venter nosster ad hujusmodi tactum ejus intremisit, quia nimis recordata misericordia ejus operatione, conscientia nostra pavescit: *juxta illud propheticum, Confidaveri opera tua, & expavi, atque ad curandam proximorum salutem, pro qua Deus incarnatus est ac mortuus, quam valet a surgere, festinat.* Solet namque ventris nomine cor designari: quia sicut in ventre cibi excoquuntur, ita cogitationes in corde fedula retractatione maturescunt. Hinc etenim Hieremias, *Ventre meum, inquit, ventre meum doleo.* Quid namque proderet auditibus si doctor suis ventrem suum se dolere quereretur? Sed multum in eis conserue studuit, attempando reprobis eorum actibus suam quoque conscientiam turbatam, ac dolore intime esse repletam. Potest autem ventris nomine, ipsa molles & infirmitas accipi eorum, qui doctrinæ officium suscipere: vel quia minus le idoneos existimant, trepidant, vel quia olio sua quietis oblectantur, refugunt. Et ad tactum dilecti, ventre intremuit sponsa, cum ad instanciam divinæ compunctionis, infirmi Ecclesiæ, torpore ignaviae dicitur, *selegit ad exercitium boni opus accendant, nee non & ad confundendum proximis, prædicando assurgant.* Hoc est enim quod sequitur:

Surrexi, ut aperirem dilecto meo.) Aperiuit namque Dominus, hoc loco verbum Domini prædicare significat. Aperimus quippe Domino, non solum cum ad ventum ipsius nostro in corde per amorem suscipimus, verum etiam cum eos, qui corda sua contra veritatem in claudere solebant, ad hanc recipiendam instruendo convertimus. Et bene (e) sponsa ut aperiret dilecto, surrexitse commemorat: quia necesse est omnimodo, ut quisque veritatem prædicare disponit, prius ad agenda ea que doceat, alesurgat, ne forte alii prædicans, ipse reprobis effi-

ciatur. Cui subjuncta verba convenient, dum dicitur.

Manus mea stillaverunt myrrham, digiti mei pleni myrrha probatissima.) In manibus enim opera, que per manus sunt: in digitis accepimus dicitio, per quam opera diriguntur. Quia nimis nulla nostra membra plurimis distincta articulis, nulla flexibus sunt aptiora quam digiti. Hinc est enim, quod Dominus sententiam de adultera datus, primo digito scribat in terra, ac si iudicium, quod petebatur, explicavit. myrrice nos admonens, ut quotiens alios castigare, vel judicare disponimus, prius humiliati, nostram conscientiam solerti discretione exsculpamus, considerantes sedulè, ne & ipsi tentemur. Dicitur est autem sapientia, quia myrrham continentiam carnis, & martyria significat. Unde patet sensus: quia manus sponte stillant myrrham, cum operibus continentia se mancipant anima sancta. Et digitus ejus pleni sunt myrrha probatissima, cum se discretione tollita examinans, inventis supernas tantum retributionis intuitu continenter vivere. Nam qui humanae laudis gratiae studens, qui teste ipso judice: receptorum mercedem suam, hi nimis myrrham stillare videntur in manibus, sed nequaquam digitos probatissima habent myrrha repertos: quia eti si non solum facultates pauperibus, verum etiam membra tradunt igitur, si charitatem non habuerint, nihil eis prodest. Quia ergo is, qui alium doceat vult, ipse debet & ab illecebribus abstinere carnalibus, & ad patiendam pro confessione fidei esse paratus: recte cum diceret, *Surrexi, ut aperirem dilecto meo,* continuo subjunxit, *Manus mea stillaverunt myrrham.* Et quia eadem continentiam vel passionem, æternæ soluti meæ cedis intentione fieri oportet, recte subintulit, *Digiti mei pleni myrrha.* Item manus sponte stillant myrrham, cum operarij illius, id est, doctores sancti mortificationi salutiferæ corporis subiiciunt: & digitus ejus pleni sunt myrrha probatissima, cum in tantum tribulationibus proficiunt, ut invincibiliter etiam eorum declaretur esse patientia: *juxta illud Apostoli, Sed glorianus in tribulationibus: scientes quia tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit.*

Rom. 8.

Pessulum ostij aperui dilecto meo.) Pessulum ostij sui sponsa dilecto aperuit, cum anima queque electa templum iei pectoris divina visitatione atque inhabitatione dignum fecerit. Pessulum ostij dilecto pulsanti aperit, cum inspiratione subita, ac desideria coelestium accessus latagit latius finum mentis ad accipiendo gustum ejusdem supernæ dulcedinis aperire. Dixerat enim Iupi, quia dilectus missa manu per foramen se tergitur, ac tempore concussetur. Cujus tactu vehementer inflammata, cupit iam non per angustiam foraminis, eius manu contingi, sed patefacta cordis janua, felicissimo ejus amplexu perfici: id est suavitate divina illustrationis, quam raptum iam & permotum dicit senserat, plenus satiar. Verum quia perfecta æternorum gaudiiorum visio nulli in hac vita electorum conceditur, quæ concitis in alia vita justis præriorum loco reservatur, recte subditur:

At ille declinaverat, atque transferat.) Hoc est enim quod Psalmista ait, *Accedes homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Nam quanto se altius humanum cor ad contemplandam divinæ visionis gloriam fide & oratione purificatum sustollit, tanto altius invente esse, quod quærat, & ad quod promerendum tempore promissæ retributionis ascendat. Cui simile Ecclesiastes, *Dixi, sapiens efficiar, & ipsa longius recefisi a me, multoq; magis quam erat.* Nec prætereundum quod non sit simpliciter, Oltium meum aperui, sed pessulum, iacuit, *ostij mei aperus dilecto meo.* Cluserat enim pessulo in altum demissio conclave sui cordis, ne quis hoc prophanius, aut insidiator interet. Juxta illud Salomonis, *Omnis custodia terra cor tuum: quoniam ex ipso vita procedit.* Aperuit item dilecto, ut repulsa immundorum turbis omnibus, liberum in felicem conditoris præberet. Nec repugnare putandum est, quod supra diximus, aperire sponte dilecto gustus noctium,

Kk 4
secunda

actore algenti : cum Ecclesia vel anima fidelis, cor proximorum ad laudem conditoris, quem nesciebant, vel non curabant, accendit, & nunc eam interpretatur pessimum offitum eius dilecto referare, in eo quod ipsa per profectum compunctionis, suam mentem latius eusus ingressus patet. Uno enim eodemque si utrumque momento : quia nimis interna aspiratio, quemcumque colligendas Deo animas accedit, ipsum patiter ad amorem, eundem conditoris ardentes solet accendere. Nec alia causa quempiam recte ad docendum, quam amor Dei concitat. Et dum quicquid docendo animam proximi ad ripienda divina pietatis dona pandere delectatur, suam patiter mentem necesse est hoc agendo innovet, atque ingressus gratiae celestis largius dilatet. Denique sequentibus verbis manifeste innotuit sponso quantum proficeret, dum praecordia proximorum, quae obscura viderat, domino aperte curbat; gravioriter ferens eum, quem ipsa tantisper ardebat, infidelium torpore, quasi turre nocturno guttisq; graviat. Nam sequitur :

Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est.) Quanto suavius, inquit, vocem atque viciniam dilecti mei per foramen secreta compunctionis acceperit, tanto sublimius quicquid in me erat frigidum, incauit : quicquid rigidum, liquefactum est : adeo ut nihil nisi in lacrymas resolvit, dulce habuerit : & quem me ad punctum sua gratia contingente retinere nequivaram, abscedente jam fleo requirere, gemituq; delector. Et hoc quoque mihi liqueficii a rigore pristino, & effundenti in me animam meam non parum dedit augmentum, quod multorum refrigerescere charitatem intueretur : conquerente ipso quod guttis, id est tenebrosis pravorum sit tumultus oblitus. Et quia dissipaverunt iniqui legem ejus, ideo ipsa magis magis, quem mandata ejus super aurum & topazion diligere curavi.

Quasi, & non inveni illum: vocavi, & non respondit mihi.) Hæc eorum in sancta Ecclesia vox est, qui consuetur transcula labentium rerum sollicitudine, summis tardum incedere bonis, ac partie coelestis amare semper ingressum. De quibus dubium non est, quia non una eadem; vi dulcissimis temper, ut volunt, desiderio supernorum possint affici; quia nimis hæc virtus non in arbitrio elevata ad superna mentis, sed in dono tantum elevantis atque illistrantur Dei. Quotiescumque ergo anima casta, vel egregi cupit ad Dominum, vel in carne posita, gustu futurae beatitudinis attollit, nec tam statim, quod depositum, impetrat: tunc necesse est gemebunda dicat, *Quia quasi illum, & non inveni: vocavi & non respondit mihi.* Invenitur namque tempes à bene querentibus, ut misereatur, respondet semper a beo vocantibus, ut perpetuum confusat ad salutem. Sed non semper ad hoc responderet, aut se inveniendum offerat, ut quod in patria pervenientibus promittit, hoc in itinere hujus exilij adhuc pergentibus prorogat. Deniq; quotidie Iepis genu flexo dicamus pati. Veniat regnum tuum, tunc nos exaudiiri diffidimus, nec statim, quod postulamus, accipimus, sed effectum nostra precis, donec in fine consequamur, patienter, gaudenterque sustinemus.

Invenierunt me custodes, qui circumueunt civitatem, percusserunt me, & vulneraverunt me.] Custodes, qui circumueunt civitatem, sancti sunt doctores, quibus Ecclesia cura delegata est: ut eam videlicet, vel verbo vel exemplo, & ab incursione pravarum tenentur doctrinatum, & ad conditoris sui timorem ac dilectionem magis magisque luccentant. Hi etenim civitatem circumueunt : quia in omnibus sanctæ Ecclesiæ locis quaqua verbum tota orbe diffunditur, eorum vel prevalentia corporis, & viva vox, vel in terra literis doctrina, sive opus invenitur. Qui sponsam, quæsiu dilecti fatigatam, invententes percussunt ac vulnerant: quia animam, quam superno amore anxiam reperiunt, verbo sua doctrina amplius inflamant. Et dum in ea quicquid terrenum remanuisse deprehendunt, extingunt, tamque ad infima cuncta velut intensibilem reddunt, quasi hanc persecuentes vulnerant. Cum enim de-

scribens armaturam Dei, Apostolus dicat. *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei: quid mitum, si percuti dicitur & vulneratus, qui hoc gladio tangitur?* Hujus siquidem ictu gladij vulnus accipitur illud, de quo dicitur alibi, *vulnerata charitate ego sum.*

Tulerunt mihi pallium meum custodes mortuorum.) Custodes murorum, iudei summi doctores sunt, cum eos quoque qui Ecclesiæ gubernante ac munere sufficiente, instruunt. Credo Timotheus, Titus, & ceteri huiusmodi operatores veritatis, muri erant civitatis Dei. Et Paulus, cum eisdem exhortatoria dat precepta, quid, nisi cultus intelligendus est murorum, & custodem namque civitatis, quam sollicitus circumiret, ostendit, cum virtutes suas enumerans ait, *Præter illa qua extrinsecum sunt infantia, mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum, Custodem item murorum esse docuit, cum Timotheo dicit, Tu vero vigila; in omnibus labora opus fac Evangelizare; ministrari in unum imple;* & cetera huiusmodi. Et ad Timum, id est, inquit, reliquiæ Cretæ, ut ea que defunctorum corrigantur, & confirmantur presbyteros: sicut & ego ibi disponit. Tullum suum pallium suum (ponste percuti, & vulnerata custodes murorum, cum Apostoli, vel apostolici viri animæ collibet) vino amore attacte, renunciata transirent, nemus subrunt: ut infinitis expedita cutis, liberiori curta faciem suam conditoris requirat. Pallium namque idem, quod longa tunica: ubi ait, *Expoliavi me tunica mea, renunciare vestrum impiccamen de signans.*

Adiuro vos filie Hierusalem, si invenieritis dilectum meum, ut amaretis ei, quia a amore langueo.) Merito langore amore sponsa, cum gladio spiritus percuti ac vulnerata, carnis amictum cupiditatis exigit: quia, quantum in Deo contulit anima sanctæ, tantum ad fecilius hujus affectum, quasi debilis efficit, & infirma. Nec mirandum si languere dicatur anima perfecta ad ea que mundi sunt, cum Apostolus eos, qui mundum perfidie abeguerunt, mortuos appellare non dubitet. Mortuus immo, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Et de Ieplo, *Mibi manu crucifixus es, & ego mundo.* Filia Hierusalem, cives sunt patriæ ecclesiæ, qui partim adhuc peregrinantes in terra partim iam regnant in illa. Verum hoc in locum dicitur, *Adiuro vos filie Hierusalem, si invenieritis dilectum meum, ut amicietis ei, quia amore langueo:* Illam eus patrem videat alloqui, quæ in terris veriata, nequum perfecte Dominum videre meruit: quem tamen sponsum invenit, cum tuo illum in peccato per amorem recipio. Has ergo filias Hierusalem adjurat Iepis, ut si invenient dilectum ipsius, nuncient ei, quia languet. Nos quippe sumus ipsa haec, & amica ejusdem Dei & Domini nostri, inquit, ei adhaerentes, unus cum eo spiritus efficiunt, & cum exteriorum desiderijs accensi, atque eis, quem nondum videmus, conditoris nostri faciem fulpantibus venimus ad famulos illius, quos angelicam in terra agere vitam credimus, eosque subnixi petivimus, ut tempore devote sue orationis, nos quoque Domino commendant, ac pro nobis interveniant, ut eis videat vulnus metemus, hoc est profecto quod agimus, adjurantes filias Hierusalem, ut amoris nostri magnitudinem ad Deum referant: & pro eis videnda gloria, nobis aquæ, ut ibi supernum proficiat auxilium. Unde & rale per omnia ab eisdem filiabus Hierusalem teipsum reddunt, quod de vota fidelium collatione manifeste congruat. Namque quitor?

Quia si est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?) Quod a vita appetitatem fidem fratrum fideli dicere: O fecro, quia charitate redemptoris te fervore compero, mihi quoque de eo verba facias: me salutari exhortatio ne confirmes, quatenus meo in corde charitas eadem eis beneficis ac donis augescat. Et quidem jam diudicatum est eis habere, peccatorum meorum confusus cepit, sed nunc proficiente mentis robo, secundum jam factus de via peccatorum, de charitate ejus aliquid adducere delecto. Dic ergo age, *quais est dilectus tuus ex dilecto?* hoc est, ex ea parte quia diligit debeat, potius quam

timeti. Huiusmodi verbum habes, & in cantico Elia,
Vineas factas ad dilectio in cornua, in loco aberis : & cætera, usque
domum ait, vineas, sabbath, dominus i fr. et : & homo Iuda, novellum
dilectum. Potest autem dilectus ex dilecto, filius ex patre
intelligi, sicut lumen de lumine, Deus de Deo, idem recte crea-
tur & conficitur. Sicut enim una charitas, & una deitas
patris & filii : sic est & una dilectio. Joanne testante,
qui ait, Et omnis qui diligit eum, qui genuit diligit eum qui na-
tus est ex eo. Sequitur condigna querentibus à parte re-
sponsio.

XXIII.

Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.)
Candidus, quia in carne apparet, peccatum non fecit,
nec inventus est dolus in ore ejus : rubicundus, quia latuit
nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et bene primò can-
didi, deinde rubicundus : quia primum sanctus venit in
mundum, & postmodum sua passione cruentus exiit de
mundo. Et ex millibus, quia ex omni genere humano u-
mus mediator Dei & hominum, per quem mundus reconciliatus, afflomptus est, à Deo solus mortaliū de celo au-
dire dignus fuit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi com-
placuit : id est in quo nil vitij, quod me offendere : & ornare
pondus virtutis, in quo gauderem, inveni. Unde bene
de illo dicit Ecclesiastes, Virum de mille uim reperi, mulie-
rem ex omnibus non inveni. Subiudicata pfecta justitia rufi-
gentem. Hoc enim in his verbis debet intelligi, subiuncta
tententia declarat, qua dicitur : Solummodo hoc inueni,
quod fecerit Deus homines rectos, & ipse infinitis misere-
rit questionibus.

I. Cor. 2.

Caput eius aurum optimum.) Dicit Apostolus, quia caput
mulieris, vir : caput viri, Christus : caput autem Christi, Deus.
Quod videlicet caput, aurum est optimum : quia sicut au-
to nil preciosius estimatur in metallis, ita singularis &
sempiternis Dei bonitas jure omnibus, quae ipse fecit, bonis
antecellit.

Ephes. 5.

Coma eius elata palmarum, nigra quasi corvus.) Coma ca-
pitis dilecti, catervae sunt sanctorum, quae Deo fideli fa-
mitantur. Mentoque elata palmarum assimili-
tantur : quia dulcedinem perpetuae remunerations expe-
stant. Unde est & illud Plalmographi, iustus ut palma flo-
rebit. Merito nigra quasi corvus dicuntur : quia non hanc
à se habere dulcedinem posse, sed ab illo sperant accipere,
qui ait. Sicut palmas non potest ferre fructum à semetipsa, ni-
si manerit in vite; sic nec vos, nisi in me maneritis. Immò
nil ex ictu, nisi tenebras fulle deprehendunt, admonet Apostolo,
Quia si quis aliquando tenebra, nunc autem lux in Do-
mino. Nec mirandum est, nos ante lavacrum regenerationis
nigredini esse comparatos corvorum : cum ipsis Apolto-
lis iam se lequentibus magis ultra veritas dicat : Siergo vos,
cum sitis maliti, nos te bona data date filii vestris. Sed & legisla-
tor, videamus an in eis sponsi corvinum aliquid inter
elatas deprehenderet palmarum ? Conspexa siquidem lu-
ce divina gloria, mox tenebras humanae pravitatis agno-
vit ac redarguit dicens : Dominator Domine Deus misericors
& clemens, patientis & multe miserationis, & verus, qui custodus
misericordiam in milia, qui auferis iniuriam & scelerat, & q.
peccata, nullusq; apud te per se innocens est. Comegitur
sponsi, id est cohortes iustorum, sicut elata sunt palma-
rū nigra, quasi corvus, quia per misericordiam quidem
dominatoris ad gaudia victoria tendunt, sed per ictu cognoscunt. Potest autem hic vesiculari, & de his, qui in co-
lesti patria, suo conditor & eternitatem adharent, spiritibus
acipi : qui, quo altius gloriam incommutabilis & per-
petua maiestatis alpicunt, eo verius omne quod creatum
est, quam sit infirmum ac vile, perpendunt. Apponunt,
comas sponsi, virtutes Angelorum interpretatur : & ad-
dit dicens, Elate vero palmarum, quod dixit, docuit preditta
ministeria nunquam inclinari à sua potentia, suoq; officio, sed
semper sublimia permanere : sicut palmarum coma tempera-
vitur virtutem tenentes, in sublimi elata sunt. Julianus de
his ita loquitur: Coma etiam alia comparatione signantur, qua-
tamen & cinctorum forma fulgorem auris videatur imitari.
Coma eius, sicut elata palmarum, ut crispa nimis vim
debeat, & utilia. Et paulo post, ac si diceret : Divinis

tati sanctorum ejus, & hominum & Angelorum famu-

lantur cohortes, & honorem Regis continua laude con-

celebrant : atque ita sunt ministerij sui dignitate conspi-

cie, ut palmarum instar excellant, auri instar resulgent. Sed tamen adeo illum, cui obsequuntur, intelligunt, ut

non solum nil elationis afflant, ceterum pre nimis hu-

militate fulcas, nigræque videantur. Porro alia transla-

ti. pro elatis palmatum, unum nomen posuit, crines

ejus abietis. Et quidem scimus, quod abies, græcæ elatis

vocatur, & nunquam marcoris infirmitate commuta-

tur. Unde videatur elates hoc loco Gracum esse verbum,

non Latinum, hoc est nomen arboris proprium. Quod

etiam Plinius Secundus astruere videtur, cum de unguentis

scribentur: Est præterea arbor ad eadem unguenta

pertinens, quam aliæ elatæ vocant, quod nos abietem, aliæ palmam, aliæ spatham. Quibus verbis conjiciatur, quod elatæ sunt arbores, similitudinem habentes ali-

quæ palmæ vel abietis, unguento aptè conficiendis. Quas ideo noſter interpres elatas palmarum, id est abies

palmatum dixit, ne vulgate genus abieum, quod æ

dificis & navigis convenit : sed speciale, quod unguentis

sapum est, intelligamus, quod & figuris aptè convenit. Coma enim sponsi, unguentorum comparantur ar-

boribus, quod sanctorum catervae, que familiariter suo

conditor, velut coma capit adhaerent, virginitum sunt

gratia refectæ : quibus cum divina majestati sedula ob-

sequuntur, quasi coma unguentorum similes caput ornant

sponsi. Denique Maria Magdalena caput Domini nardo

perfundens, capillo eius in magnæ mysterium devotio-

nis elatus palmarum, id est aromaticis arboribus similes

reddidit.

Oculi eius sicut columba super rivos aquarum.) Quid in
oculis sponsi typice debeat intelligi, Joannes aperte, cum
se agnum videlicet commemorans, habentem cornua sep-
tem : confessum exponendo adjunxit. Qui sunt septem
spiritus demissi in omnem terram. Septem autem spiritus
dicit, septem dona unius euclidemque spiritus : quae E-
liajus nouissimo divina operationis ordine distinguit.
Quia Spiritus sanctus discipline effugiet fictum. Delectatur
autem sede illarum mentium, quæ se in istar aquarum viven-
tium, reddunt lucidas : quæ nil sibi torpidum, nil tene-
brosum, nil quod non ab omnibus veri amatoribus, im-
modo ab ipsa vestitate, quæ corda scrutatur & renes, proba-
ri debeat, inservientur. Et bene, non super stagna a-
quarum, sed super, inquit, rivulos aquarum. Si enim re-
quiras quod deriventur, quod fugiant haæ aquæ, prodit ipse
sponsus vita de quo oritur, id est Dominus noster : de
quo habent corda electorum, quicquid mundum ac luci-
fluum habent. Fiet, inquit, in eis fonte aqua salientia in vitam
eternam. Nam qui mundum quidem, vel fermoris viden-
tur habere, vel operis, sed ad celestia regna per eandem
mundum tendere aut dissimilantur, aut ignorant : hi pro-
fectori non rivulis, sed stagnis adæquantur aquarum. Qui
verò apertissime fere fordibus locum malignus praebent spiriti-
bus, tales non aquis mundis, sed volucratis luti magis,
quibus lues gaudent, assimilantur. Sues ergo paludibus,
columbari rivulis delectantur aquarum : quia in pectoribus
immundis, apræ spiritus immundi mansionem usurpant.
Beatis autem mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt, & di-
vinorum charismata um luce replentur. Quia videbunt charis-
matum, quia gratias, fidelibus & sola superna benevolentia
causa dantur, aptè subeditur :

Quæ latæ sunt totæ, & resident iuxta fluentia plenissima.)
Rectè enim latæ nomine, dona supernæ largit onis &
pietatis indicantur : quia nimis matres, que parvulos nu-
trunt fecerit, gratuitè eis, ac naturalis causa dilectionis a-
limentum latæ ministrant. Latæ ergo sunt totæ colum-
ba, quibus oculi assimilantur sponsi : quia gratia salvi fa-
cti sumus per fidem, & hoc non ex nobis. Dei enim donum
est. Ita autem haæ columbae, id est donationes spiritus, la-
teræ locæ dicuntur, quæ nunquam lordis aliquid habue-
runt : quomodo dicitur a Psalmita : Eloquia Domini, elo-
quia casta : argenteum igne examinatum, probatum terra, pur-
gatum septuplum : cum confiteret ea nil unquam terrenæ pol-

litionis habuisse, quod deberet igne purgari. Sic ipse co-
æternus patri filius, & rectè creditur ex parte natus, &
nunquam fuisse non natus, rectè, veraciter constitutus &
creditur. Et alia huiusmodi habes in scripturis innumera.
Quæ etiam columba juxta fluenta resident plenissima,
quia quæcumque corda amore virtutum redundant, hac
gratia spiritualis inhabitare libentissimè solet, ut ea subli-
miori respectu præsentia illustreret, quæ puritate sin-
ceræ intentionis ad cœlestia graviter tendunt. Si autem
in oculis Domini predicatoris verbi ejus intelligere volu-
mus, invenimus hos sicut columbas esse super rivulos
aquarum. Sicut columbas quidem, quia simplices: super ri-
vulos vero aquarum, quia spirituali sunt gratia datur. Qui
per rivulos aquarum sepe designantur, quia scriptoris la-
etus, quæ & ipse vocabulo aquarum crebro figurantur,
vigilanter intendunt, quibus edocti, facilius insidias dia-
boli dignoscere ac declinare valeant. Columbas liquidem
super rivulos aquarum, non solum propter potum, vel la-
vacrum, vel loci amoenitatem ac munditudinem residere
solent: sed ea non minus intentione, ut venientis umbram
accipitris, in aquarum perspicuitate prævidere, ac si im-
minens ab hoste periculum evadere possint. Cujus figura
naturæ in própatilo est, quia diu in eloquorū meditatione opus habemus, ut vel facta sanctorum, vel
dicta legentes, quo nos genetæ aperte impugnationis antiquis hostiis, quibus fraudum machinis debellare ac sup-
plantare conetur, sollicita mente periculum. Mox
que ubi futuras ejus insidias perspicimus, unicum nobis
refugium foramina petra nostra, id est Dominica fidei
præsidia intremus, ac signo nos passionis illius defensare
studeamus. Sed & cavernam mæceræ cito volatu pet-
amus, id est sanctorum vel angelorum, vel hominum
crebras pro nobis intercessiones apud misericordiam pij
conditoris queramus. Quod cum universis fidibus,
tum illis maximè probatur esse neccesarium, quibus non
sui solummodo cura, sed & aliorum gubernandorum at-
que erudiendorum est onus impositum. Hac sunt e-
tiam firmissima ac turpissima sanctæ Ecclesiæ præsidia, pro-
pter quæ superius à Domino auditis, Surge amica mea,
spongia mea, & veni columba mea in foraminibus petra,
in caverna mæceræ. Bene autem de eisdem columbis, id
est spiritualibus verbi ministris dicitur: Quæ latè iunt
loræ, & resident juxta fluenta plenissima: ut primò om-
nium lavacro baptismi esse recrati insinuent, quod non
abfurde vocabulo latè exprimitur: qui interea concur-
merant sacramenta, quibus infancia sanctæ Ecclesiæ,
vel nasci confuevit, vel nutrita. Si quid autem inter ri-
vulos aquarum, & fluenta plenissima distare credimus,
potest in rivulis aquarum, eruditio Testamenti veteris
acci: cujus cultores veraciter Deo dicere noverant,
Filii autem hominum, in protectione aliarum tuarum spe-
rabant. Videlicet ne insidias aëriarum potestatum, qua-
si accipitrum unguibus, rapiantur, inebriabantur ab uber-
tate domus tua, & torrente voluptatis tua porabis eos: quoniam
apud te est fons vita. Porci in fluentis plenissimis perfectio
doctrina Evangelica non inconveniente intelligi: cujus
tanta est plenitudo, ut nulla major in hac duntaxat vi-
ta commonoribus esse possit. Quæ ab alterutrum distin-
guens Evangelista dicebat. Quæ lex per Moysen data est,
gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et quoniam
utique Testamenti scientia doctribus veritatis con-
cessa est, rectè oculi Domini sicut columba di-
cuntur super rivulos aquarum, quæ la-
tè iunt loræ, & resident jux-
ta fluenta plenis-
sima.

* * *
* * *
* *

Psal. 62.

Ioan. 1.

BEDÆ PRESBYTERI IN CANTICA CANTICORUM,

Liber Quintus.

EN AE illius sicut areole aromatum,
constituta à pigmentarijs: labia illius, sicut
distillantia myrrham primam. Sicut
in labijs Domini verba, quæ loque-
batur, ita in genis ipsa modefa ples-
simul & severitas vultus ejus exprimi-
tur. Si enim de puro homine rectè
dici potuit, Sapientia homini lucet in
vultu eius: quanto magis in vultu illius hominis, qui est Dei
virtus, & Dei sapientia, bene considerantibus, & summa
virtutis & sapientiae refulgebat? Gen. inquit, illius sicut are-
ola aromatum, constituta à pigmentarijs. Quomodo enim areola
aromatica deinceps ordinata composite: magis
spectantibus & odotis & alpactis sui gratiam praetulit: ita
appartenens in homini mediator Dei & hominum virtutum,
sive doctrina sua dulcedine præsentes illustrabit, & fama
ad se petrahebat abentes. Pigmentarios autem, a quibus
haec sunt areola constata, Prophetas & Apostolos intellige,
qui ejus non solem sermones, sed & mores facilius indebet
paginis concordi prorsus relatione: hi futura incertioris
eius arcana, illi facta narrantes. Credo ad speciem gen-
rum ejus referendum, quod exultavit in spiritu, parvorum
fidei congratulans: quod dolebat super diuinis cordis insi-
delium, quod resulcitur Lazarum gaudebat propter dis-
cipulos, ut crederent, quod flentes fortes, sive amicos ejus
intenuerit, elevit & turbavit temere ipsum, quod immittente
passione cepit contristari, & moctus esse, quod nullum ti-
mui, vel super vacuis verbis tempus indulgebat, quod non
secundum visionem oculorum judicabat, neque auditum
aurium arguerat, quod sicut ovum, ad cibos meos datur est, &
quasi agnus soror tondente, sic non aperit os suum.

Lilia autem illius, lilia distillantia myrrham primam.
Lilia, quia claritatem cœlestis regni promittunt: distillan-
tia myrrham primam, quia pèr contemptum voluptarum
præsentium, ad hanc pervenientem esse prædicant. Exinde,
inquit, cepit Iesus prædicare & dicere, Parvum agere
appropiquet enim regnum cœlorum. Item labia illius, lilia,
quia candore nos lançitatis renitentes fibe: distillantia
myrrham primam, quia proprie hanc confevandam,
quicquid adversi occurrit, fortiter nos sustinet præ-
cipit. Lilia præferebat in labijs, cum auditores suo pau-
peres spiritu, mites, lugentes, cluentiles, & frumenti juli-
tiam, misericordes, mundicordes, & pacificos esse doce-
bat. Hisque singulis mercede perpeccutis beatitudinis re-
promittebat, addidit, Lilijs & myrrham: cum continuo fib-
junxit. Beatis qui per electionem patiuntur propter iniurias,
quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Item labia illius, in li-
lia tenetebant, cùm in una eademq; persona verum & De-
um verum docebat esse & hominem. Aureus gongus color,
qui erat mitus, veritatis divinitatis, quæ erat in Christo, de-
center aptatur, maximè quia trifarius est, quia unum ac
non discrepantem faciat. Trinitatis gloriam figo-
rat. Caudor vero exterior assumptæ humanitatis mun-
ditiam competenter, & sanctimoniam designat. Sed &
eadem labia myrrham distillabant primam, cùm se divi-
nitate semper impossibilem in homine, quem amplexat,
vincula, verbera, spuma, opprobria, mortis esse palli-
tum prædicat. Labia ergo illius, liliorum & speciei i-
mitantur, & odorem, cùm dicit, Filius homini venturo est
in gloria patris sicut cum angelis suis, & tunc rediles unicuique
secundum opus eius, Distillant myrrham primam, cùm dicit,
Primum autem oportet illum pati, & probarbita genera-
tione hat.

*Manus eius tornailes aurea, plena byzantinæ.) Ordinatus
post labia manus, id est opera, post verba laudis Eccle-
sia sui redemptoris: quia quæ veribus docuit, virtutibus
crederet.*

credenda esset monstravit. Hinc est enim quod docente illo in monte, admirata sunt quidem turba super doctrinam eius. Sed ut admirationem fides sequeretur, descendens de monte, leprosum perentem solo manus attacu mundavit. Hinc etiam est, quod admirantes facta eius, cives ipsius dicebant, Unde huius sapientia & virtutes? Sapientia quippe ad labia, virtutes referuntur ad manus. Bene autem manus illius tornatiles esse perhibet, ut & faciliem ei potentiam & inenarrabilem agendi scientiam inselle dignet. Constat enim, quia tornatura carteris est promptior atque inenarrabilior artibus. Nam qui in alesia, vel scalpello, vel bipenne, vel malleo operatur, & laboriosus multo operatur, & cerebra appositione normae ac soleri circumspiecione oculorum, ne turtum faciat, indiget. At qui in circino tornat, non extrinseca eger regula: sed in se ipso, quo uitio ferramento, directionem sui conservare valer operis. Manus ergo Domini tornatiles sunt: quia in promptu haber facete que vult, quia dicit & fiunt. Deinde dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Nec mora, surgent subtilis grabatum suum, & ambulabat, quiduo de quadrageinta annos paralyticus jacuerat. Tornatiles sunt manus illius, quia in se omnem iustitiam regulam tenet. Non autem ut nostra paupertas, nec scilicet habet in factis discere literis, ne opus suum a vero deviet. Denique dictum est de eo, Vnde hic literas fer, cum non dicere? Inde autem scribat, quia ipse erat literis & lege antiquior, immo ipsius legislatoris iudex. Tornatiles, inquit, aurea plena hyacinthi. In auro namque quod metallis omnibus supereminet, divinitatis excellentiam significari, cerebra expositione patuit. Manus ergo eius aurea, quod virtutes, quas in homine gessit, divinitus esse patratus nemo fidelis ignorat. Quia recte etiam plena hyacinthus esse refetur, quia nimurum ad spem nos coelum, atque amorem excitant. Hyacinthus quippe gemma est aerei coloris. In manibus tornatilibus habet Dominus hyacinthos; ut videlicet vasa electionis, quae preparat in gloriam, hujusmodi gemmas adornet: hoc est corda electorum suorum, superem gloriae desiderio & expectatione sacrificet. Quod si in hyacinthis pigmenta huius nominis designata accipimus, neque hoc a congrua veritatis significacione abhorreret. Est enim hyacinthus pigmentum coloris purpurei, atque odoris jocandi. Unde poeta, preciola quaque in exemplum amoris congerens, addit:

Munera sunt lauri, & suave rubens hyacinthae.
Et manus Domini purpureis erat floribus plena, quia moriturus pro vita nostra, has in clavorum fictione crucis proprij rubore perfudit. Sed gemmas potius hoc in loco nomine hyacinthorum, quarto flores esse intelligendos doceat translatio, quae dicit: Manus illius tornatilia aurea plena thysis. Thysis namque apud Hebreos nomen lapidis est, qui apud nos Chalcedonius vocatur.

Venter eius eburneus, distinctus saphyrus.) Venter fragilissimum in membris noftis locum tenet, quia nimurum & ossibus, quibus munatur, caret: & illa quorum omne vulnus pericolosum est, sua receptacula complectitur. Ebene autem os est elephantis, quod nervis castitatis animal, & frigidi languinis esse sentunt. Unde & morte Iesus a draco, ne crebris appetit infidibus, utpote qui ardenta tua vilcerat, potius ejus languine refrigerare desideret. Saphyrus autem lapis, cuius coloris sit, tellatur historia sacra, quae dicit, Et viderunt Deum Israel sub pedibus eius, quasi opus lapidis saphyrus, & quasi columbinum serenum. Venter ergo dilecti, fragilitatem humanitatis eius, quanobis conformis erat, innuit.

Ebur decorum castitatis, qua corruptione peccati carnis immunis in carne permanens, indicat. Saphyri sublimitate virtutum coelum, quibus in carne fulget, bar, exprimit. Venter, inquit, eburneus eius, distinctus saphyrus. Ac si aperte dicat, Fragilitas quidem in illo substantia mortaliter vera erit: sed hac lacivitatem mortalitatis funditus expers, divinorum potius operum splendida clareret insignibus. Et pulchre ventrem eius totum quidem eburneum, non autem totum saphyris vestitum, sed di-

stinctum esse saphyris dixit, ita ut partim ebur, partim appareat saphyri. Eburneus quippe ventre erat eius: quia fragilitas, quam induerat, peccato omni carebat: ita ut non amplius in ea, quam in offe mortui elephantis vitiosi ardoris posset inveniri. Distinctus erat saphyrus, quia inter passiones assumptæ humanitatis promovebat cerebra industria perpetua divinitatis. Ad fragilitatem namque humanitatis pertinet ipsum, quod parvulus natus est nobis: ad potentiam divinitatis, quod de virginis natu est: eademque nativitas, angelicus est predicata vocibus, & celebrata mysteriis. Ad potentiam divinitatis, quod indicio stellæ monstratur, adorandus à Magis: ad fragilitatem humanitatis, quod infidili perfidi Regis patria fugatur. Ad fragilitatem humanitatis, quod duci & tentari à diabolo potuit: ad potentiam divinitatis, quod illo victo ac repulso, ministeriis honoratur angelicus. Ad fragilitatem humanitatis, quod aquam à Samariana muliere postulat: ad potentiam divinitatis, quod eidem fontem aqua viva sedare posse testatur. Ad fragilitatem humanitatis, quod fatigatur ex itinere: ad potentiam divinitatis, quod le leuantibus requiem pollicetur aeternam. Ad fragilitatem humanitatis, quod in nave dormit: ad potentiam divinitatis, quia excutitus ventus & mari impetrat. Ad fragilitatem humanitatis, quod crucifixus est & mortuus: ad potentiam divinitatis, quod eius mortale elementa cum terrestribus etiam tremuere cœlestia. Ad fragilitatem humanitatis, quod conditus a mortibus, ac leprous est: ad potentiam divinitatis, quod surrexit & ascendit in celos. Ad fragilitatem pertinet humanitatis, quod Esaias ait: Non est species et, neque decor, & vidimus eum despectum. Et paulo post: Et quasi absconditus yulius eius, & defectus: unde nec reputavimus eum. Ad potentiam divinitatis, quod ait Joannes: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae & veritatis. Distinctus est ergo saphyrus ventre Christi ebrenus, quia immaculata & uncontaminabilis eius incarnationis, frequentibus refulsi miraculis divina celitudinis. Notandum enim, quod de saphyrino colore scriptura ait, quia talis sit species, quale colum, cum serenum sit. Nominem autem colum, sublimitas divinae majestatis non incongrue figuratur. Psalmista attestante, qui incarnationem epudem redemptoris nostri delibrans ait: A summo celo egressus eius, & occursus eius usque ad summum eius. Hoc enim quod ipse discipulis de se ait: Et credidisti, quia a Deo exiisti ex vi a patre, & veni in mundum: iterum relinqu mandum, & rando ad patrem. Sed & ipsa sponsa in ventre dilecti sui eburneo, saphyri speciem vidit, cum primi sui pastori voce dixit, Tu es Christus filius Dei vivi. Quia nimurum in filio hominis sancto, innocente, impolluto, segregato a peccatis, puram divinitatis plenitudinem cognovit.

Cura illius columnæ marmoreæ, que fundata sunt super bases aureas.) Crurum Domini vocabulo, itinera, incarnationis eius, quibus ad nostram venire salutem dignatus est, insinuantur. Quia bene columnæ marmoreis conferruntur, quia & fortia sunt, & recta. Quid enim marmorefors? quid est columnæ directus? An non firmatatem marmoris in cruribus eius confixus Psalmista, cum ait: Et ipse tanquam sonus procedens de thalamo suis exultavit ut gigas ad currendum viam: & cetera. An non & rectitudinem vidit columnarum, cum rursus idem dixit, Iustus Dominus in omnibus viis suis? Hinc etiam enim, quod illo in ciu- posito, nequaquam ejus cura, tametsi permittente praefide, frangi, licet nec secundi vestimenta potuerunt, Mansit quippe tunica intemerata, ut Ecclesia, quæ est vestis ipsius electa, non habens maculam aut rugam, nuquam violanda unitas signatur. Mantere crura intacta, ut mysterium adventus ejus in carne, sacros sanctum & inviolabile, omni malleo pravi dogmatis perdure. Pilatus namque os malleatoris interpretatur. Sed malleus, licet impius ore heretico ferire disponat, stat columnæ marmoreæ, qui ictum ferientis firmissime repellant. Infanta licet doctrina, instanum quid de Domino dicat, stat Evangelica veritas, quæ vincat. De qui-

bus columnis apicē subinfuratur. *Qua fundata sunt super bases aureas.* Bases quippe aureas, ipsa sunt confilia divinae provisionis, quibus aeternaliter ante secula dispositum est, omnino quod temporaliter in seculo crearetur: in quibus & ipsa Salvatoris nostri incarnatione, & nostra in illo salus praedestinata est, teste Apostolo, qui ait: *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.* Et Apostolus Petrus redemptos esse nos dicit precioso sanguine, quasi agni immaculati & uncontaminati Iesu Christi: & praeogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestari autem novissimi temporibus. *Fundata sunt ergo super bases eius aureas columnæ marmoreæ;* quibus crux Domini comparantur: quia cuncta Salvatoris nostri vestigia, quibus vel ad terras de cœlo venire, vel in terris conversari, vel post terras ad inferos descendere, vel post inferos de sepulchro relurgere, atque ad cœlos redire voluit, firma sunt ut armora, recta sunt ut cœlum potentia, ut columnæ ad regulam sunt divinae præceptionis ordinata, ut fundata super bases aureas. De quibus videlicet basibus ipse ait: *Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, quid loquar.* Et si vis loire, quare sint aureæ bases, audi sequentia. *Etsi o. quia mandatum eius, vita aeterna est.*

Species eius ut Libani, electus ut Cedri.) Quid, inquit, amplius singula membra ejus describere labore? totum in brevi comprehendam. Quomodo Libanus mons Phœnicis famosus est altitudine, atque amplitudine insignis ita Dominus noster omnibus, qui de terra orti sunt, jure gratie sublimioris antecellit. Sicut idem mons, nobilium est ferax arborum, ita ille omnes sanctos suo præsidio, ne ad ima defluant, extollit, atque in se radicatos, ne a vento tentationis concuti valeant, conservat. Ut cedrorum pulchritudini, fortitudini, sublimitati, atque odoriom sylvatum decus cedit: *Sic dilectus meus, speciosus forma pro filii hominum, diffusa est gratia in labiis eius, properet benedixit ei deus in aeternum.* & carera qua de illo sequens Psalmus modum & consortium ejus multum transcendentias descubit. Et notandum, quod idem dilectus & Libano, qui ligna insignia gignit, & cedro, quam inter alia Libanum ipse gignit, assimilatur, quasi unus idemque ligna gignat ac portet, & inter ligna gignatur, atque a seipso poteretur. Dominus etenim noster Iesus Christus, cum omnes electos ab initio mundi, ulque ad finem suæ gratia divinitatis ad vitam gignat, nutrit, ferat te quoque inter homines, quando voluit, hominem fecit, & ipsum hominem gratia sui spiritus, tamen longe altius ceteris, impletivit. Si quidem illis dicitur est, *Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* De ipso autem, Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Pater enim diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Electus est ergo dominus, ut cedri species, quia nemus omne sanctæ Ecclesie, in qua natus est, unica a singulari dignitate trahit. Species ejus ut Libani, qui inter ligna eximia profert & cedrum: quia inter electos suos se etiam ipsum, quem volunt hominem, quasi lignum vita in medio paradisi creavit, veluti si quis pingendì artifex le quoque inter alios suo ordine coloribus, quibus convenient, depingat, auctoriticus quilibet de multis multa referens: verbi gratia, legifer Moyles, aut Evangelista Joannes, de le quoque suo loco, quia sine memoria digna, describat. Ita enim mons candoris (quod Libani nomen sonat) id est redemptor noster inter innumerâ ligna suæ ferta, quæ nomen Domini laudatura proferebat, protulit etiam cedrum, excellentius nimis lignum ceteris, id est semetipsum: qui non solum laudaret nomen Domini, sed & ipse benedictus veniret in nomine Domini.

Guttur illius suavissimum, & totus desiderabilis.) Si in labiis Domini, supra ubi dictum est, Labia illius, lilia lucidissima, oris illius verba accipimus: quid in gutture ejus suavissimo, nisi interdum eordum verborum laporem intelligere debemus? Multi enim legentes, vel audientes posunt verba Domini dicere, possunt faciliter hæc mysteria perscrutari: sed paucis modum inventur, qui hæc quam dulciter lapiant, veraciter in cordis palato sentiant.

Unde in eximia sanctorum laude dictum est, *Memoriam abundantie suavitatis tua erunt abundans, & iustitia tua exultabit.* Eorum namque est de Dei exultate iustitia, qui abundantiam suavitatis ejus consuerunt amore intimo guttare, & hujus memoriam proximis quoque predicando eructare. Nam qui suavitatem ejus necum libare didicisti, neceſſe est de iustitia judiciorum ejus magis quam exultent, metuat. Denique Petrus memoriam nobis abundanssem suavitatis Domini, quam bene gustaverat, eructans, *Rationabile, & sine dolo lac concupiscere, ut in eo crederemus, si salutem si amem gustatio, quam dulcè est Dominus, item quia per guttur ad labia flatus vitalis, ut loqui valeat, perducitur, sicut in labiis Domini ea que dicebat verba latice in gutture potest aperte esse ipsa interna ac occulta diu posito pietatis ejus ac benignitatis, quia factum est, ut foras nobis loqueretur, intelligi. Ait quippe Paulus, *Apparuit gratia Domini Salvatoris nostri omnibus bonitibus, et iustis, ut abrogaret inpietatem, & secularia desideria, subire & inservi, & per vivamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & adventum gloriae magni Dei.* Cum autem dedit nobis spem adventus gloriae magni Dei, jam labia ejus erunt ut illa. Cum emunt nos, abnegantes inpietatem, & secularia desideria, lobid & justis & piis vivamus, eadem ejus labia diffundant myrram primam. At aeterna illa gratia, que in hac nobis promissionem vel eruditioem, quando voluit, apparuit, ipsa est guttur illius meritò nobis suavissimum: upotest qui nil abique ac dulcedinis habere queamus. Denique dilectus, quid gutturus hui suavitas non solum in voce loquelatur, sed & in ipso flatus valeat, offenditcum post refectio nem apparetis discipulis, primis videlicet sponis suis membris inflavit, & dixit eis, *Accipite spiritum sanctum, et tunc, iniquitudo desiderabilis.* Totus Christus, Deus et homo, id est verbum, anima & caro. Et totus est desiderabilis, quia non solique de immutabili maiestate perpetue divinitatis, verum etiam de clarissima habilitate afflantis humanitatis accipendum est, quod ait Apostolus Petrus, in *quem desiderant Angelis proficeri.* Amplius aliquid dicam, Totus erat desiderabilis, etiam ante classificationem humanitatis. Totus erat desiderabilis ab ipso maxime conceptionis, usque ad triumphum passionis. Desiderabilis genitrici, cum ait: *Ecce ancilla Domini, sic mihi fecundum regnum tuum.* Desiderabilis beato ventri, qui portavit. Desiderabilis obieribus, quae eum lactaverunt. Desiderabilis Angelis, qui hymnum mox ratio dicebant. Desiderabilis paonibus, qui viro eo glorificabant & laudabant Deum. Desiderabilis Magis, qui ad quadrangulum eum, ab Oriente venientes, ubi invenire meruerant, oblati munierunt adorarent. Desiderabilis Simeoni leni, qui promulga sibi visionem nativitatis ejus, ad ultimam ulque prætulsa atrarem, ubi accepit eum in ulnas suas, benedixit Deum, mortem, letacem apexit. Desiderabilis Amaz propheta, quæ & ipsa vita ejus nativitatē, debitis confessionibus laudes Domino reddebat. Desiderabilis omnibus, qui eum in templo duodenem inter seniores accepit, corde lapient mirandum cernebant. Desiderabilis discipulis, cum vocarent eum cuiusdam, relectis que habebant omnibus, sequabantur. Desiderabilis eisdem, cum dicebant, *Domine ad quem ibimus ut verba tua aeterna habes.* Desiderabilis omni populo & publicanis, qui audientes verbum illius, iustificaverunt Deum. Desiderabilis in monte Petro, cum dicit: *Domine, benedic nobis iste.* Desiderabilis in cruce latroni, cum precaretur. Domine mentio mea, dum veneris in regnum tuum. Nec tanquam desiderabilis est eis, qui cum in carne videntes, oblectantur, verum etiam illis, de quibus ipse discipulis: *Muli, inquit, prophetæ & iusti capierunt videre quæ videtur, & non videantur; & audire quæ auditur, & non audierunt.* Et nobis, qui post accelerationem ejus ad cœlos, nati in mundo communem anterioribus sanctis promissum ipsius habemus, dicens: *Si abierto, & preparavero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipsum ut ubi sum ego, & vos sis.**

Tali est dilectus meus, & ipse est amicus meus filia Hierusalem.) Quanto devotius Ecclesia, sive anima quæque sancta congit Deum, tanto familiarius habet amicum Deum,

Nam qui adhuc præ infirmitate mentis , sive conscientia peccati, timore servili divina mandata custodit , talis eum necesse est magis Domini quam patris vel amici loco vocet : quia ne cum ad Apostolicam illam perfectionem attinere potuit, quia audire mereatur. *Vos autem dixi amicos: quia omnia quecumque audiri à patrem, nota sciri vobis.* Sed & Abraham meritò præ pueri fili dei & dilectionis, amicus Dei appellatus est. Et Dominus loquitur ad Moylen, quomodo loqui solet homo ad amicum suum. Auditæ autem qualitate dilecti , de qua requirant filia Hierusalem, addunt aliam questionem, subdendo.

Quid alijs dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? Pro decorum enim carminis, variantur personæ colloquientium. Ceterum eandem Christi Ecclesiam, quæ sponsæ vocabulo exprimitur, designant filia Hierusalem. Quia idcirco filium Hierusalem, sive Sion domine celeretur, quia ex multis confitat animabus, quæ de cœlesti illa civitate, quæ est mater omnium nostrum, originem dicit. Ob id vero, sponsa, vel soror, vel amica, vel hujusmodi vocatur, ut una esse nec divisa, quaravì longè lateque diffusa per orbem, signetur. Et varietas confabulantum inter se personatum de sposo, ipsa est, ut suprà diximus, jocunda illa fidelium Christi collatio, quæ se alterutrum ad ejus concitant amorem. Adjutaverat filias Hierusalem sponsa, ut si invenirent dilectum ipsius, nunciatent ei, quid ipso ejus amore langueret. Quia nimis communè est gaudium totius Catholicæ Ecclesiæ, ut omnes electi pro ejus statu Dominum precentur. Quæferant filie Hierusalem à sponsa, qualis esset dilectus ipsius : quia non nisi in unitate Catholicæ fides Christi, & disci debet, & doceri. Audientes formam ejus, quām obnixè pertebant, adjicunt etiam, quæ abierte ipse, requirere : quia & hoc in unitate Sanctæ Ecclesiæ disci oportet, in qualium corde potissimum, in quo genere conversionis Dominus soleat inveniri. Cū ergo convenientes ad vicem facimus de Domino pura intentione sermonem, & omnes sumus filii Hierusalem, quoque ad superna perfectè suspiramus, atque in terris peregrinari, ac patriam nos habere in celis veraciter profitemur. Et ramen quicunque nostrum rectè cum sponsa Christi se loqui, & ab ea responsum petere dicunt, cūm hoc sollicitè prævidet, ne aliud quid loqui, vel audire à fratre velit, quām quod catholicæ pacis regula dicat. Pulcherrima autem mulierum, Ecclesia nuncupatur : quia licet multa sic pulchritudo Ecclesiarum Christi per orbem, quasi mulierum spirituali flore secundarum, quanto amplior est pulchritudo totius ejusdem catholicæ, quæ ex omnibus illis, velar membris suis, una complevit. Abit enim, ut mulieres hoc loco, vel hereticorum, vel schismatistarum, vel Gentilium, vel Iudeorum erantrum synagogas accipiamus. Non enim potest sponsa Christi illarum pulcherrima mulierum dici, quæ nil vere pulchritudinis habere probatur. Sed mulieres sunt Ecclesia pulchra Ephesi, Smyrnæ, Pergami, Thiatyra, Sardis, Philadelphia, Laodicea, & innumere hujusmodi, tosum Deo consecratae per orbem, quārum pulcherrima jure dicitur una ipsa, quæ ex omnibus constat.

Quid abit dilectus tuus, quid declinavit, o pulcherrima mulierum, dilectus tuus, & quarimus eum tecum? Abre autem, & declinare dilectus dicitur, non quod eos, quos jam acquisierat, unquam Dominus relinquat, atque alios acquirepergar : sed quia divina potentia naturæ ubique praefens adest potest, sic & ad alios sibi sociandos, cūm vult, abit, aut declinat, ut nihilominus eos, quos ad se jam collegat, in cœpta gratia conservet: juxta hoc quod Moysi dicit, *Congrega mihi septuaginta vires de senibus Israëli, quos tu nosti, quod sene populi sunt ac magistri;* & duces eos ad os, *um tabernacula faderes, & asseras de spiritu tuo, tradamq; eum.* Non quia Moysi datam semel gratiam minuerit, sed quia ipius gratiae, quam habebat, eos participes fecerit. Exemplo flamme ignis, ex qua cum candelam accendis,

Beda Tom. 4.

& ipsam luce inflamas, & ea de qua accendis, flamma integra permanet.

Potest & ita rectè intelligi, quid abeat dilectus, declinetque ad tempus ab sponsa, cūm desiderantibus nobis amore illius, ulq; ad lacrymarum effusionem inflammari, fixa & indeclinabilis intentione munus orationis implere, totam mentem à concupiscentijs carnalibus ad aeterna transferre, non semper ad votum desiderata concedit. Merito ergo requirimus ab eis, quos scire arbitramur, quoque declinaverit Dominus : cupientes illorum nobis presentem demonstrari, qui majoribus virtutum, ac puræmentis indicis, divinam in se cœlestram prodant, quatenus & ipsi horum exemplis atque alloquo instruti, in amorem dilecti nostri magis magisque proficeret mereamur. Et bene dicunt, *Et queremus eum tecum;* quia quæcumq; sine consilio sanctæ Ecclesiæ Christum querere conatur anima, non hæc jam inter filias Hierusalem, sed inter illas jure deputabitur, de quibus mater sancti Samuelis typum tenens Ecclesia, spementi le synagogæ potificis dicit: *Ne reputes ancillatum tuum, quasi unam de filiis Belial.*

CAPUT VI.

Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatis. Jam notum est, quid sit hortus dilecti. Ipse enim dixit, *Hortus conclusus soror mea sponsa.* Hortus quippe ejus est Ecclesia : hortus ejus est anima queque electa. Et bene cū dixisset, *Dilectus meus descendit in hortum;* ad didit suum, id est, quem ipse fecit, ipse excoluit, ipse virtutum pigmentis confervit, ipse fonte gracie sua, ne deficeret, rigavit: ipse muro custodie sua, ne ab exterris prophanaretur, conclusit. Hic est, de quo ipsi ait: *Simile est regnum colorum grano spinis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & crevit, & sativæ in arborē magnam, & volucres scali regnauerunt in rami eius.* Granum quippe si napis, verbum est Evangelij, humile in facie, fervens in virtute: quod accipiens à patre ipse Deus & homo levavit in Ecclesiam suam, tantumque ei incrementi dedit, ut instar arboris eximia, latifrons per orbem ramos fidei ac virtutum protenderet: in quibus etiam angelici spiritus humana salvationi congaudent, & ibi auctam requiem, cœli cives revocatis ad superna terrenis credentes.

Neque enim frustra idem dilectus in horto comprehendit pasturus, in horto crucifixi, in horto sepultri, in horto victor à mortuis resurgere. Hortulanus voluit ab ea, quæ prima gloriam resurrectionis ejus videre meruit Maria, credi: quia in ipso suo horto, videlicet Ecclesia, inter alia divinorum charismatum sat, etiam virtutem patientium hac vita contemplatione mortis, ad terminandam hanc vitam (pe) beatæ quietis post resolutionem corporis, desiderium beatæ immortalitatis in receptione corporis plantare curavit. Et aperte quidem descendit in hortum suum, non autem intra se dicitur. Est enim locus dilecti in sublimi, quia in alto habitat, & humili respicit. Est locus horti in humili, in convalle lacrymarum. Sed qui in illum ab alto descendit, ipse ascensio in corde ejus dispositus, ut in locum supernæ felicitatis posset pervenire. Unde rectè de eodem horto, id est Ecclesia, supera dicitur: *Quis est ista qua ascendit per desertum, sicut virgula sumi ex aromaticis?* Mira ergo dispensatio supernæ pietatis, quod descendere Dominus in Ecclesiam, & ascendere ad dominum Ecclesia prohibetur. Descendit enim ad nos gratia divina deserviam, quæ nos adiutori ascendere faciat tursum. Quod mysticè signabat in Exodo, quando Dominus descendit in montem Sinai, & Moyses ascendit. Ascendit quippe ille, ut protector virtutum caperet; descendit ille, ut donaret. Cum ergo dixisset, *Dilectus meus descendit in hortum suum;* addit etiam qualiter fit idem hortus constitutus, qua fruge facundus, cūm protinus subdit, *Ad areolam aromatis.* Attolamq; aromaticis, est mens

fidelium, quæ disciplina rectæ fidei edocta, quasi æquus est lateribus hincinde composita, & ut fonsiorum solerti reverta cœbetrinè, & à supervacuis est expargata graminibus: quia nimurum sollicitate consideratione perpicit, & sedula cogitatione satagit, ne quidem in se prophanan, ne quid immundum, ne quid latius salutaribus contrarium, cœlestis agriculta reperit: dignamque se reddere contendit, in qua dilectus ipsius, sator videlicet iustitia, aroma virtutum, & proprius sua grata planter: & frequenti suo subficio, ne unquam arecant, irrigat. Quæ pulcherrinè suum cœlestis desiderium, in capite quadragesimi primi Psalmi, juxta Hebraicam duntaxat veritatem depromit, dicens: *Sicut areola preparata est ad irrigationes aquarum, sic preparata est anima mea ad te Deum.* Descendens autem in hortum suum, vel ad areolam aromatis Dominus, quid ibi gerat, ostenditur, cùm tubin fertur:

Vt pascatur in hortis, & lilia colligat.) Pascitur autem in hortis, quia pijs sanctorum laboribus delectatur. Pascitur in hortis, quia ejus nimurum sunt membra illi, quibus iustitiae fructus sunt. Et non oculi carnali, sed etiam de spirituali debet eleemosyna intelligi, quod in iudicio dicaturum le esse prædictum. *Quandiu fecisti uni de his fratribus mea minima, mihi fecisti.* Colligit lilia, cùm ad perfectum candorem meritorum pervenientes justos ex hac vita educant, atq; ad coelestia regna perducit. Quæ etiam duos versiculos in sequenti immensa charitatis stimulo plenus exaggerat, addendo:

Ego dilectio meo. & dilectus meus mibi, qui pascit inter lilia. Ego dilecto meo grata passionem in areolis aromatum, id est mundi fidelium cordibus preparo: & dilectus meus mibi, qui pascitur inter lilia desideria mentium castarum, hanc sua grata vicem rependit, ut eadem fidelium suorum, quos educavit, desideria compleat. Complevit autem ea decerpendo eos de hoc paradiſo lacra voluptatis, atque ad coelestium mansionum secretaria congregando, ubi ante conspectum gloriae ipsius æternæ carnis & spiritus immortalitate, quasi gemina specie liliorum, id est aurosa pariter & candente resplendant, & velut suavisimum de se odorem, famam virtutum suarum immarecessibilem per omnes partia perennis accolas sparphant. Hactenus sancta Ecclesia vox est, querentis ac laudantis Dominum suum, & vultum ejus videre desiderant. Verum quia ipse suis amatoribus nunquam absente potest, sed ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine ejus, ibi est ipse in mediis eorum: immo & si unus est suis inter leones inclusus, si in profundo mari detentus, si ventre ceti septus, à cæteris segregatur mortali bus, ibi est cum illo. Sequitur vox ejus, quæ quaslibet suis de se fermocantibus, teneat semper aſſuisse, & quæ loquebantur, se audire declarat, devotionemque erga se illorum digna laudatione remunrat, dicens:

Pulchra es amica mea, suavis & decora, sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum aies ordinata.) Hierusalē dicitur visio pacis, quo nomine toleri habitatio patris coelestis, quam pax summa possidit, cœberrime signat. Pulchra es amica sponsa suavis & decora, sicut Hierusalem. Ecclesia vel anima quæque sancta, portio videlicet Ecclesiæ, quæ integrat mundæ operationis, suavitate divinæ laudationis, dulcedine mutua dilectionis, statim superæ civitatis imitator, suavis est & decora, sicut Hierusalem, in eis, de quibus loquitur Elaias, *Sicut cœli novi, & terra nova, quæ ego facio coram me, dicit Dominus, sic sibi semen vestrum.* Quædam est terribilis, ut castrorum aies ordinata, cùm si xaintitione puræ orationis, omnem à te incusum dæmoniaci repellit exercitus, cum frequenti prædicatione verbis coelestis, cuncta errantia dogmatisarma constringit, cum continuis bonorum operum exemplis etiam piavos filiorum fidelium mores ac vitam redarguit, atque ad tramitem veritatis reducit. Terribilis est Ecclesia, ut castrorum aies ordinata, cùm quisque fidelis in ea vocatione, qua vocatus est, permanet, cum rectorem doctrinæ salutaris, & perfectæ operationis formam subditis retribuant, cùm

94

continentes ab omni se inquinantem cartis ac spiritu mundant, perficiens sanctificationem in timore Domini, cùm conjuncta ita fruuntur hoc mundo, sedula elemosynarum largitione futuri sibi seculi præmia comparandum distinguita confistere Ecclesiam docet Propheta, cùm tres solum viros in tempore vindictæ cœlestis, Noe, Iacob & Daniel, & Job afferat liberandos. Et cùm haec gradum singula inteneratum custodierint, ordinata nimurum castrorum aciem monstrant, & ob id infuperabilem cunctis hostibus Christi sponsam reddunt. Ita anima queque perfecta, cùm ita virtutibus operam dat, ut nullum in eis virtus locum reliquat, terribilis profectus hostibus, ut castrorum aies ordinata persistit. Nam si ita, verbi gratia, continentis studet, ut virtutem humilitatis non reneat: aut si sic eleemosynarum opera exercet, ut à superflue locutionis culpa luugam non refrenet: aut ita orationibus crebris insuffit, ut affectum dilectionis proximus impendere dissimuleret: talis nimurum anima minus est terribilis hostibus, quia virtutum suarum causa minisperfectæ ordinavit: quæ ex parte fidem sumite diloplau, sed ex parte reliquit inertia. Verum quia una eademque Ecclesia Christi, partim iam cum sue Regæ gaudet in celo, partim adhuc pro illo militat in mundo, potest hoc quod ait, *Pulchra es, amica mea, suavis & decora, sicut Hierusalem;* de illa ejus pars intelligi, quæ confecto suo certamine, & curtu consummato, coronam juvina jam percipit. Quod vero subdidit, *Terribilis ut castrorum aies ordinata,* de eis convenienter accipi, qui adhuc corpore retenti, insidiante circum se adiutorio in modum leonis rugientis, fortis fide resistunt. Item pulchra est Ecclesia, *suavis & decora, sicut Hierusalem;* hiis que spiritualiter, ac Deo dignè ipsa intus operatur, *Terribilis est, ut castrorum aies ordinata;* qui spirituale suum imperium toto orbe dilatare, repugnacibus enim seculi potestibus contendit. Et quidam Romanorum quondam, siue Græcorum, vel aliarum gentium imperium, & castrorum erat aies ord natum: quia magna nimurum mundum virtute premebat. Sed suave se decorum, sicut Hierusalem non erat, quia vita pacis gaudia sperare, vel imitari nesciebat. At vero Ecclesia & pudica est, & suavis, & decora, sicut Hierusalem: quia coelestem in terris agere vitam confuevit. Et terribilis, ut castrorum aies ordinata: quia barbaros etiam divertat nationum animos ac mores ad suum ritum trahere satagit. Quæ tamen quia necedum faciem sui dilecti quam maximè querit, cencere meretur, sublequeretur audi:

Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt.) Ac si aperte dicatur, Oculos quidem tibi columbinos dedi, quibus scripturarum arcana cognosceres, quibus virtutes à vita pacis gaudia sperares, per quas adhuc venires, dignoceres. Sed cave, ne ipso ad me oculos etiam ad me videndum intendere queras. Non enim videbit homo faciem meam, & vivet. Enim tempus, cùm vinculus aboluta carnis ad me pervenias, & tunc implebitur quod promisi, *Quia qui diligat me, discet à patre meo, & ego diligam eum, & manifestab eis misericordiam.* At nunc dum in corpore constitutus peregrinari a perennibus bonis, averte oculos tua mensis à contemplatione diuine majestatis & essentia, quia ipsi me avolare fecerunt: id est ipse tui sensus spirituales, quibus me perfecte cognoscere desiderasti, quanvis multum se extollant, non in hac vita ad perfectum comprehendere sufficiunt: sed ad hoc columbinodo pervenire queunt, ut animadvertiscendi gloriam naturæ, tantæ esse sublimitatis, quæ nequamquam videti possit, nisi ab his tantum quæ vita rufi bilis funditus ablati, atque ad invisibilēm facient intro ducta.

Avertire ergo jubemur in præsenti ab agnoscenda Dei substantia oculos nostræ in quætionis, quia ipse eum avolare fecerunt à nobis: non quod ille qualius longius recedat, qui promittit, dicens, *Quarite, & inventabit;* sed quod nos illo revelante discamus: quia quo alieno patre corde queritur, eo certius quā sit incomprehensibilis,

compre-

comprehenditur. Cui simile est illud Psalmista, Accedit homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Tanquam si alijs verbis diceretur, Attollit humana fragilitas intentos sui cordis oculos ad videndum Deum, & ipsi eum avolare faciat: quia eadem inquisitione exercitati atque illustrati sensus ejus, excellentiorem esse divinitatis eminientiam, quam eatus poterat cogitare, cognoleunt, & verisimile dictum in alio Psalmo, Quia magnitudinis eius non est finit. Hic autem reponit: si facere voluit sancta Ecclesia dasilero Dominus, quo eum sollicita quarebat palam, & non agnoscit: Quem amabat, videre concupiscent, ut superiora carminis hujus copiosè declarant, Horatur ergo eam, ut discreta ratio se temporum non querat in via primum, quod ei reservavit in patria: sed meminisset interim, quod per fidem ambulare debet, ut pervenire possit ad speciem. Quia videlicet tempora pulcherrime distinguit, ait Evangelista Joannes, Christus nunc filius Dei sumus, & nondum apparuit quid erit nos, scimus enim quia cum apparuerint similes ei criminis: videbitus enim eum sicut est. Verum ne graviter forte ferret Ecclesia, quod needum plena cogitatione sui conditoris fui posse, enumerat illi multitudine spiritus pignora, que eidem praerogaverit, ut patiens ferat dilationem iussum summum ac singularis bonis: quod needum percepit, sed in tempore est eterna retributionis perceptura. Sequitur enim:

Capilli sicut grec caprarum, que apparuerunt de Galaad, Dentes tuis sicut grec ovium, que ascenderunt de lavaco, &c.) Qui verificuli, simili & sequentes supra positi, ac pro capitu nostro plenissime expositi sunt. Sed non piget nos exponendo iterare, que authorem sacri carminis non pigiit terribiliter repete: ut vel prius dicta in memoriam revocemus, vel optulante divina gratia, novi aliquid utliter agamus. Quod autem five haec, sive alia innumera in scripturis, quae iam fuerit dicta, repetuntur, firmatus indicium est. Quod formo Dei est & veraciter implatur, ut exponens omnian Regis Ioseph Patriarche statetur. In capillis ergo spoule multularia cognitionum sublimata: in dentibus autem firmissima fermorum eius stabilitas intimatur. Quia hi in loquendo, labiis ac lingue cooperantur, & illi de cerebro intensibler orantur, nec praefici dolent. Quis enim sapiens doleat, & non magis gaudeat, cum ei superflua cogitatione levitas demittat? Unde in magno mysterio, dientes legislatoris, cum esset plenus dietum, immotus legantur, & in caput Samuelis, quia perpetuus Domino Nazareus, id est sanctus fuit, novacula non ascendit. Figurabatur enim, quod iunctum aut uno apex non praeteriret a lege, donec omnia fiant: & quod in mente propheta nil distractio poscentis, quod refecate deberet, fluxe cogitationis inventeret. Bene autem idem capilli sponte, gregi assimilantur capratur. Percepit enim lex, ut anima quaeunque peccaverit per ignorantiam, ubi reatum suum cognoverit, offerat Deo hostiam capram immaculatam. Et capilli noiti conferuntur gregi capratur, dum cognitionum nostrorum erratus, posse in oblationem Domino compunctionis lachrymas, deprecationesque offertimus. Potest autem grec capratur pro eo positus, non inconveniente intellegi, quod in arduis rupium vive arbutorum quadrre vicem soleat. Cogitationes namque electorum, dum ad cœlestis tempore intinuntur, in alto sumuntur, & non in voluntatibus iustissimis palei gardent. De quibus ex his bene subfertur. Quia apparuerunt de Galaad, Galaad namque dicitur acervus testimonij. Et hoc vocabulo recte justorum animus appellatur: cum renunciatis se te concupiscentis terrenis, certis virtutum probat indicis. Siquidem mons Galaad inde nomen accepti, quia Jacob & Laban acervum in eo fecerunt, in amicitia vel pacti testimonium, quod se alterum non laderent: cum idem Laban idola sua quæsiasset apud Jacob, & nichil me reperiret. Laban ergo significat mundum, Jacob autem iupluritatem virtutum. Quærisque Laban idola sua apud Jacob, & minime inventi, cum explorantes coida electorum, mundi amatores, nil in eis iustum depe-

hendunt. Facit & acervum Jacob in testimonium, quod substantiam & terminos Laban non contingat: cum collecta in te copia virtutum, quasi lapidum vivorum, dicit animus Deo devorus Quae quidem retrorsum obliuiscens: ad eaverò, que sunt priora & extendens me, ad destinatum perseguor bravum superne vocacionis Dei in Christo ista. Affer & Laban lapides ad constructionem ejusdem acervi, cum ipse quoque mundus temptationibus suis occasionem virtutis fidelibus prestat. Fit conditum inter Laban & Jacob, ut feinvicem non laderant, cum protestator justus, & dicit: Mibi mundus crucifixus est, & ego mundo. De hoc agitur acervo appetit grec capratur, quibus capilli adequantur sponsæ, cum de animo fidei aspergat cogitationum frequentem multitudine generatur. Et de ipso grege, pro his qui ignoranter peccavimus, immaculatam Deo capram offerimus, cum agnita nostra peccata, humili cordis contritione punimus. Est autem Galaad non natus tantummodo, verum etiam civitatis in eo condita vocabulum. Unde recte potest, & Domini, & Salvatoris nostri, & Ecclesie vel anima cuiusque sanctæ, que in eo locata est, gestare figuram. Denique super ubi additamento possum est, Capilli tui sicut grec capratur, que ascenderunt de monte Galaad: de illo incomparabiliter excelsa monte dictum intelleximus, qui de semetipso ait, Non potest civitas abscondi supra montem posta: Hic vero ubi nomen mons racetur, & simpliciter dicatur, que apparuerunt de Galaad: nil vevit de ea, quia in illo constructa est civitate, id est Ecclesia vel anima iusta, dictum accepi. Nam & anima sancta recte acervus testimonij dicitur, que variarum collectione virtutum in alium aedicata est: & Ecclesia rotunda jure hoc nomine cenetur, cuius populus Petrus Apostolus ait: Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viri super adiscam. Congruit hoc & Domino, ut supera diximus, ad quem adunatur omnium corus electorum, qui testimonium puræ conscientiae pia professione, ac probis actis bus reddunt.

Dentes tuis sicut grec ovium, que ascenderunt de lavaco. Diximus in dentibus sponte, verba sanctæ Ecclesie possesse intelligi. Bene ergo licet grec dicuntur esse ovium, quia nil in eis nisi virtutum candor & innocentia videtur, cum in omnibus gloriam sui conditoris, vel docendo vel orando, vel laudes ei dicendo requirant. Bene ipsa oves de lavaco asecedisse refertur: quia nil de iustorum ore lordidum, nil immundum, nil quod non fonte scientia in purificatum, profertur: juxta horramentum Apollinis, dicens, Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut de gratiam audiens istum. At contra, quaque verba turpia, vel contumeliosa, vel noxia, vel etiam otiosa obficio, de peccatore profert, hujus dentes non ascenduntus de lavaco ovibus, sed turbis potius de volvabro producentibus affilantur. Bene autem subditur:

Omnes gemello seribus, & sterili non est in eis.) Omnes namque oves, quibus sponte dentes compenuntur, gemelli testibus multiplicantur: quia omnis electorum testimo-gemina dilectionis, id est ejus, quia Deus & proximus amerit fructu facundus est. Omnis per armajustitia, & corporis solitudo loquitur. Omnis per armajustitia, quæ a dextris sunt, & a sinistris habenda, suos audires munire conluit. Omnis per promissionem vita, quæ nunc est, & futura, trahere desiderat: neque aliquid de ore jussi progrederi, quod non ad fructum sit æternæ salutis proficuum. Et pro oves quidem, quibus dentes sponte conferunt, gemello locis patet debet: quia numerum per ea que loquuntur proximis prodest, colique ad virtutis viam instituere valentur: per illa vero, quæ salubriter cogitamus, nobis meritissimum profumus. Nos ipsi interno arbitrio in atra cordis, hotcham viventem facimus: proximis vero ad edificationem, quid minus ipsi geramus, non nisi per verba deprominus. Unde quidam rabi hostia conditorem placans, ajebat: In me sunt Dei, Dei vota tua, que redditam laudationes vobis. Quod si in dentibus, ut

suprà dictum est, prædicatores, in capillis auditores esse designatos intelligimus, quod apitissimè prorsus congruit, non solum, quia illi loquuntur corpori ac refectionem ministrant, isti blanda magis capiti ornamenta, quia instrumenta salutaria præbent, verum etiam quia illi primi in facie, quæ praecellentes sunt, politi, isti velut luceffores posteriorē capitis partem contingunt: in promptu est, quod rudes quoque adhuc & fragiles, aufculta re dicitis majorum, & obtemperare conuenit. Ipsos autem doctores, non solum divina implere mandata, sed & gregem lumini pastores, prædicando augmentare oportet.

Sicut cortex malī punici, sic gena tua absque occulis tuis.) Dicatum est suprà, in genis Ecclesiæ pudoris ejus insigne: in malo punico, sanguinis Domini mysterium figurari. Et genas haber sponte Christi sicut malum punicum, quid anima fidelis non erubet? cù passionem sui redemptoris, vel confiteri verbis, vel factis imitari: sed postposita omni verecundia & confusione, quæ adducit mortem, palam proclamatæ delectatæ, dicens: *Mibi autem absit gloriaris, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Et consulē, quia corticis malī punici, genas comparatæ Ecclesiæ: ideo subtilius. Abh[ic]que occulis tuis: quia videlicet cortex malī punici solum quidem ruborem foris ostendit, sed multa interius grana, quibus exuberat, occurrit. Sic etenim anima devota Deo, ac salubriter verecunda, virtute quidem levivis crucis per omnia studet tutari: sed sub eisdem crucis signaculo, plura virtutum genera, quæ foris minime apparent, verum inuentem intus reficiunt, contineat.

Sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae, & adolescentiarum non est numerus.) Reginæ & concubinae, utræcū quidem ad thorum Regis accedunt, filios Regi generant: sed non utræque diademate Regum capit nobilitant. Utræque ergo animas prædicationem veritatis infantes, & per verbum fidei, ac fontem lavaci salutatis, lobalem Regi æterni spiritu generaliter insinuant: sed nonnulla, immo non pauca lue mentis distinxerunt. Namque reginæ, sunt illæ mentes, quæ intuitu regni coelestis, doctrinae inferuntur. Concubinae autem illæ, quæ carnalium solumentum, ac temporalium commodo voluptatum Christum annunciant, non sincere. De qualibus dicit Apostolus, *sive per occasionem, sive per veritatem Christi, anunciatetur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.* Quas & ipse Dominus ab invicem diligens ait: *Qui autem solverit unum de mandatis istius minimi, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum.* Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum. Utræque ergo thorum regis adeo, sed non utræque illi conregnant: quia quæ doctrinam suam operibus destrinunt, ha[ec] perpetui regni soluti anima privant. Ideo illæ recte numero sexagenario, h[ic] comprehenduntur octogenario: Denarius quippe numerus proprie Decalogum divine legis scientiam: tenuius, in quo mundum perficit Deus, perfectionem designat bonoru[m] operum. Sanè quia quinque per duodecim multiplicata, faciunt hexaginta, potest hexagenarius reginatum etiam ita interpretari: quid hi, qui omnes sui corporis lensus, viuum videlicet, audirunt, gustum, tamen, olfactum ad regulam Apostoli, & doctrina temperant, recte sexagenario numero designantur. Et hoc reginatum, quia qui nunc precepit Apostolotum, quorum est numerus duodenarius, per omnia membrorum suorum officia sequuntur, tunc ha[ec] cum eisdem Apostolis gaudio Regi sociantur perennis. Item octogenarius cum in malo accipitur, non immentio centenarum ac temporalium rerum curas & implicantia insinuat, quia nimis & seculi hujus curias quatuor anni circummagis temporibus, & mundus ipse quatuor climatibus, oriente scilicet, occidente, aquiloni & australi diuinatur. Sexaginta vero sunt reginae, quia animæ quicquid agnitionem, quam percepere facit legis perfectione, bona sequuntur actionis, ita & hic in regno fidei militant, & in futuro ad celestes nupias cum vero Rege intrabunt. Et octoginta concubinae, quia qui scientiam veritatis, &

Quia meliora sunt ubera tua vino.) Ista sunt ubera, id est doctores, quæ in arca pectoris fixa, lacte nos potant: quia ipsa arcana summa contemplationis inhærentes, subtili prædicatione nos nutriunt.

In expositione beati Job, Lib. 24.

Ideo adolescentiæ dilexerunt te.) Scriptura sacra sapientia adolescentium pro novitate vitæ ponere consuevit. Unde veniente sponsa dicitur: *Adolescentiæ dilexerunt te*; id est, eis lectorum animæ gratia baptismatis renovata, quænon in vitæ veteri uero deficiunt, sed novi hominis conversatione decorantur.

In expositione beati Job, Lib. 18.

Nigra sum, sed formosa sis in Hierusalem.) Nequaquam prædicatores veri de justitia luce superbiantur: sed per humilitatem gratiam, peccatorum in se aigredinem confitentur. Unde etiam ab electorum Ecclesiæ dicitur: *Nigra sum, sed formosa*. Et Joannes ait: *Si dixerimus, quia peccatum non habens, non ipsos educimus*.

In expositione Homeliae Evangelicæ 17.

Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodi.) Haec sancta Ecclesia de membris suis infirmantibus dicit. Vineæ quippe nostræ actiones sunt, quas uero quotidiani laboris excollimus. Sed custodes in vineis positi, vineam nostram minime custodimus , quia dum extraneis actionibus implicamur, ministerium nostræ actionis negligimus.

Item in expositione beati Job, Lib. 30;

Indica mihi, quem diliget anima mea, ubi pascas, ubi cubas in meridiæ.) Paretur Dominus, cum nostris actibus delectatur cubat verò in meridiæ, cum ex desideriis carnalibus ardente

VBE
TOMI
S
2

BEDÆ EXPOSITIONIS ALLEGORICA

829

corde reproborum, apud electorum suorum pectora refrigerium invenit cogitationis bona.

In expositione beati Iob, ubi supr.

Nisi cognoveris te, & pulchra inter mulieres, egredere, & ab post vestigia gregum, & pasce hædos tuos.) Semetipam inter mulieres pulchram cognoscit, quando electa quæque anima, etiam inter peccantes posita, quia ad authoris sui imaginem ac similitudinem sit condita meminit, ut iuxta percepit similitudinis ordinem incedat. Quæ si se non cognoscit, egrederit a se creto sui cordis expulsa, in exterioribus concupiscentiis dissipatur: egressa vero abit post vestigia gregum, quia sua interna defensio, ad latam videlicet viam ducitur, & sequitur exempla populum: nec jam agnos, sed hædos pascit, quia non innoxias cogitationes mentis, sed nucire pravos motus carnis intendit.

In expositione beati Job, Lib. 35.

Cum esset Rex in acubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.) Virtutes proficiunt in notitia ceterorum hominum, quasi uirilate fragrant odorem. Hinc est enim quod per Paulum dicitur: Christi bonus odor sumus Deo. Hinc est quod sancta Ecclesia in electis suis quadam fragrantia suavitatis odorata, a Cantico loquitur, dicens: Donec Rex in acubitu suo est, nardus mea dedit odorem suum, ac si aperitus dicat, Quoniam mei obtutus rex apud te in requie secreti celestis absconditur, electorum vita, miris virtutum odoriibus exercetur, quo adhuc eum quem appetit, non vider, a dentius per desiderium frager. Rege quippe in recubitu tuo posito, nardus odorem dat, dum quiete in sua beatitudine Domino, sanctorum virtus in Ecclesia magna nobis gratiam suavitatis administrat.

In expositione Ezechielis Homelia tertia, partis secundæ.

Fulcite me floribus, stipate me malu, quia amore langueo.) Sponsum tuum fortiter amanti, demora vita praefensis una solet consolatio esse, si per hoc quod ipsa ab eis visione differtur, aliorum anime ejus verbo proficiant, & ad cœlestem sponsum amoris facibus inardecant. Unde in Cantico sponsa dicit: Fulcite me floribus, stipate me malu, quia amore langueo. Quid namque sunt flores, nisi anima bonum iam opus inchoantes, & desiderium coeleste res dolentes? Quid mala de floribus, nisi perfectæ jam bonorum mentes, qua ad fructum pervenient boni operis, de initio sanctæ propitiationis? Quæ ergo amore languet, fulciti quarti floribus, stipari malu: quia si illum quem desiderat, videre adhuc non permititur, magna est ei consolatio, si de aliorum profectibus latetur. Anima ergo sanctæ amore languida, floribus malis; fulciatur, ut requiecat in bono opere proximi, quæ adhuc contemplati non valer vultum Dei.

In expositione beati Job, Lib. 6. juxta interpretes septuaginta.

Vulnerata charitate ego sum.) Malo sana anima, atque in hujus exilio ex ea charitate prostrata, nec videbat Dominum, nec videre querebat. Percussa autem charitate ejus spiculis, vulneratur in intims affectu pietatis, ardor desiderio contemplationis; & prius modo vivificatur ex vulnere, quæ prius mortua jacet in salute. Afluit, anhelat, etiam videre desiderat, quem fugiebat. Percussione ergo ad salutem reducitur, quæ ad fecuritatem quietis intima, amoris sui perturbationem revocatur.

In codice regulæ pastoris, titulo.

Leva eius sub capite meo, & dextera illius amplexabit me. Sinistram Dei Ecclesia, prosperitatem videlicet vitæ presentis, quasi lob capite poluit, quam intentione futuri amoris premis. Dextera vero dæ Dei eam amplectitur, quia sub æterna ejus beatitudine, tota devotione continetur.

Hinc rursum scriptum est: Dextera manus tua Domine, & dextera franguntur: quia plerumq; pravos via præfens, elevat, sed adventus æternæ beatitudinis dammat.

In expositione Evangelica Homelia 28.

Ecce iste venit saltiens in montibus, & transilens collis, Veniendo Dominus ad redempcionem nostram, quodam, ut ita dixerim, saltus dedit. Vultus fratres charitatis ipsos ejus saltus cognoscere? De celo venit in uerum, de cruce venit in sepulchrum, de sepulchro reddit in celum. Ecce ut nos post se cureret faceret, quodam pro nobis saltus manifestata per carnem veritatis dedit: qui & exultavit ut gigas ad currentam viam, ut nos ei ex corde diceremus: Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.

In expositione Ezechielis. Homelia, partis secundæ.

En ipse stat post parietem nostrum.) Sancta Ecclesia sub sponsa voce aperit jam Dominum videre desiderans ac: En ipse stat post parietem nostrum. Qui enim humani oculi hoc quod de mortali assumpsit, ostendit, & in leprosi invalidis permanxit, in aperito se videre querentibus, qui post patiem fletit: quia videlicet se manifestat in manifesto non præbuit, quasi enim post patiem fletit, qui humanitatis naturam, quam a sumptu ostendit: & divinitatis naturam humanis oculis occupavit. Unde & illic subditur: Respicies per fenestras, proficiens per cancellis. Quifquis enim per fenestras vel cancellis respicit, nec totus videatur, nec totus non videatur. Sic nimis Redemptor ante dubitantium oculos factus est, quia si miracula faciens, nil pertulisset ut homo, plane ei apparuerit Deus: & rursum humana patiens, si nulla fecerit ut Deus, patitur retrum homo. Sed quia & divina fecit, & humana pertulit, quasi per fenestras vel cancellis ad homines proponit ut & Deus apparet ex miraculis, cum latet ex passionibus: & homo cerneretur ex passionibus, sed tamen esse ultra hominem ex miraculis agnoscetur.

In expositione beati Job, lib. 27.

Surge, propera amica mea, formosa mea, & veni.) Quia prædicationes fanæcum cum vita præsenti, id est pluvia cum hyeme cœlstant, rectè exuentis animæ, atque ad eternam ævitatem propenant, sponsa voce dicitur: Surge, propera amica mea, formosa mea, & veni, iam enim hyems transit, imber abit, & abyit. Transeunte quippe hyeme, imber recessit: quia cum vita præfens peragitur, in qua nos ignoramus nubilo, carnis corruptibilis corporis afflitterat, omnino ministerium prædicationis cessat. Clarius quippe per nos tunc videbimus hoc, quod sanctorum nunc vocibus obscurius audivimus.

In Ezechielis, Homelia 4, partis secundæ.

Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Iam enim hyems transit, imber abit, & recessit, fures aperte paruerunt in terra.) Sive sancta Ecclesia, live anima unaquaque electa cœlesti est sponsa amico per amorem, columba per spiritum, formosa per morum pulchritudinem. Quia cum iam de corruptione carnis educitur, ei proculdubio hyems transit, quia præfens vita torpor abscedit. Imber quoque abit, & recessit: quia cum ad contemplandum in tua substantia omnipotentem Dominum educit, iam verborum guttae necessarie non erunt, ut pluvia debet prædicationis infundi. Nam quod minus audiatur potuit, amplius videbit. Tunc apparent flores in terra, quia cum æterna beatitudinis vita, quædam suavitatis primordia prægustare anima cooperit, quasi iam in floribus odoratur exiens, quod postquam egredit, in fructu uberiori habebit. Unde & illic subditur:

Timp

Tempus putationis advenit. In putatione quippe, farramenta sterilia reciduntur, ut ea quae prævalent, uberior fructum ferant. Nostre itaq; putationis tempus tunc advenit, quando in fructuofam ac noxiom corruptionem carnis defert, mos, ad fructum animæ pervenire valeamus. Qui fructus erit nobis uberrimus, visio Dei.

In expositione Homeliae Evangelicae 25.

In lectulo meo per noctes quasivi, quem diligit anima mea. Quæsivi illam, & non inveni. Surgam, & circuibo civitatem, per vias & plateas queram, quem diligit anima mea. Quæsivi illam, & non inveni. Inveniunt me vigiles, qui custodiunt civitatem. Num, quem diligit anima mea, vidisti? Paululum cum pertransiſſem eos, inveni quem dilexit anima mea.) Dilectum in lectulo quæsumus, quando in presenti vite aliquantula requie, Redemptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctem quæsumus, quia eti jam in illo mens vigilat, tamen adhuc oculus caligat. Sed qui dilectum non invenit: relata ut furgat, civitatem circumeat: id est, sanctam ecclesiam Ecclesiæ mente & inquisitione peteturat. Per vicosum & plateas querat, id est per angusta & lata gradientes asperiat, ut si quæ invenire in eis valeat vestigia, exquirat. Quia fum nonnulli, vita etiam secularium, qui imitandum aliquid habent de actione virtutis. Quærentes autem nos, vigiles inveniunt, qui custodiunt civitatem, quia sancti Patres, qui Ecclesia statutum custodiunt, bonis nostris studijs occurrit, ut suo vel verbo, vel scripto nos doceant. Quos cum paululum pertransimus, invenimus quem diligimus, quia redemptor noster, eti humanitate homo inter homines, divinitate tamen super homines fuit. Cum ergo transeuntur vigiles, dilectus invenitur: quia cum Prophetas & Apostolos infra ipsum esse conspicimus illum quinam Deus est, esse supra homines consideramus. Prinus ergo non inveniendus queritur, ut post invenitus strictius teneatur,

In expositione beati Job, Lib. 18.

Cum Redemptorem suum Ecclesia quereret, in ipsis antiquis prædicatoribus spem figerentur, que dicit: *Pauſolum cum pertransiſſem eos, inveni quem diligit anima mea.* Illum quippe invenire non posset, si istos transire nolueret.

Item in expositione Ezechielis Homelia 6.
partis secunda.

Sic sponsa in Canticis cantorum sanctorum desiderijs anxia loquitur, dicens: *In lectulo meo per noctem quasivi, quem diligit anima mea. Quæsivi illam, & non inveni.* In lectulo enim dilectum querit, quando in ipso suo ocio & vacazione, quam appetit, jam videre Dominum concupisit, jam ad eum exire desiderat, carere præsentis vite renibus anhelat. Sed querit illum, & non invenit: quia quamvis magno amore desiderat, adhuc tamen ei non conceditur videre, quem amat.

In expositione Ezechielis Homelia 10.
partis secunda.

Quæ est ista que ascendit per desertum, sicut virgula sum ex aromatis myrra, & thura, & universi pulveris pigmentarij? Sancta electorum Ecclesia, cum ab hoc mundo in sanctis precibus ardenti amore se erigit, per desertum, quod dicitur ascensit. Qualiter vero ascendat, adjungit: *Sicut virgula sum ex aromatis.* Fumus de incenso nascitur, Et per Platonistam dicitur: *Dirigatur oratio mea sicut incensu in conspectu tuo.* Fumus excurrens lachrymas solerit. Itaque fumus ex aromatis, compunctio orationis, concepta ex virtutibus amoris. Quæ tamen oratio fumi virgula dicitur, quia Deum sol coelestia postulat. Sic recta progreditur, ut ad terrena, atque temporalia appetenda pro terreno studio minime reflectatur.

Et notandum, quod non virga, sed virgula nuncupatur: quia interdum in compunctionis ardore tantæ subtilitas effutat vis amoris, ut hanc nec ipse animus possit comprehendere, qui illuminatus meruit habere. Benè autem

dicitur, *Myrra & thuri.* Thus enim ex lege Dño in sacrificio incenditur. Per myrram vero corpora mortalia conduntur, ne vermis corruptantur. Myrra ergo & thuri sacrificium offerunt, qui & carnem afficiunt, ne eis corruptionis via dominentur: & redolentem in conspectu Domini, amoris sui holiam incendunt. Myrram itaque, quia se cruciant, & cruciando à virtutis conservant. Thus vero, qui Deificationem diligunt, ad quam per venire medullitis inardescunt: seque ipsis enim sanctis virtutibus exhibent. Unde & illic subditur: *Et univerſi pulveri pigmentarij* Pulvis pigmentarij est, virtus bene operantis. Et notandum, quod virtutes bene operantium, non pigmenta, sed pulveres dicuntur. Cum enim quelibet bona agimus, retrahamus, & ne quid in eis consistunt sit iudicio retractationis attendimus, quasi ex pigmentis pulvrem facimus, ut operationem nostram Domino per discretionem & amorem subtilius incendamus.

In expositione beati Job, Lib. 7.

En lectulum Salomonis sexaginta fortis ambiant ex fortissimis Iuda. Jutorum fortitudo, est carnem vincere, propria voluntatis contrarie, delectationem vite praesentis extingue, hojas mundi aspera pro æternis præmios amare, prosperitatis blandimenta contemnere, adversitatis metum in corde superare. Lectulum ergo Salomonis sexaginta fortis ambiant ex fortissimis Israel, quoniam sancti quique fine ulla dubietate desiderii internam res quietem contemplantur.

Item in expositione beati Job, Lib. 19.

Omnes carent gladiis, & ad bella dolosimi. Quid in divina Scriptura per gladium figuretur, Paulus aperuit, dicens: *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Salomon autem non ait, *Omnes habentes, sed tenentes:* quia videlicet verbum Dei non est mirabile sollemmodo scribere, sed facere. Habet quippe, sed non tenet gladium, qui divinum quidem eloquium novit, sed lecundum illud vivere negligit. Et doctus est ad bella jam non valet, qui spiritalem, quem habet, gladium minimè exercet. Nam resistere tentationibus omnino non sufficit.

In expositione beati Job, lib. 20.

Vniuersusque ensis super seum suum propter timores nocturnos. Nocturni timores sunt insidia tentationum occultarum: ensis vero super femur, est cultodia vigilans, carnis illecebria premens. Ne ergo nocturnus timor, id est occulta & repentina tentatio subrepar, necesse est ut femur nostrum superpositus cultodia ensis premat. Sancti etenim viri sic de Specie sunt, ut tamen semper sint detestatione suscepisti, quippe quibus dicitur: *Servie Domino in timore, & exultate ei cum tremore, ut & de Spe exultatio, & de suspicione nascatur tremor.*

De eodem in codice regule pauperum titulo, Lib. 6.

Ensis super femur ponitur, quando acuminis sanctæ prædicationis prava suggestio carnis edomari, Perno, item vero cæcitas nostra infirmitatis exprimitur: quia quicquid adverstatis in nocte imminet, non videtur. Uniuscujusque ergo ensis super femur suum propter timores nocturnos: quia videlicet sancti virtus, dum ea quæ non vident, metunt, ad intentionem certaminis semper parati assistunt.

In expositione Ezechielis, Homelia 3.
partis secunda.

Ferculum fecit sibi Rex Salomon de ligno Libani. Columnæ eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, a secum pars pureum, media charitate constravit propter filias Hierusalem. Neque credendum est: Salomon ranta magnitudinis Regem, qui sic immensus divitias affluebat, ut pondus eius astmaris non posset, & argentum in diebus illis precium non haberet, quia ferculum sibi lignum fecerit. Sed Salomon est pacificus noster, qui sibi de ligno

Libani ferculum fecit, Libani quippe ligna cedrina, valde sunt impuribilia. Ferculum itaque Regis nostri, sancta Ecclesia est: quæ de fortibus patribus, quasi lignis cedrini imputribilibus mentibus est constructa. Quæ recte ferculum dicitur, qui ipsa fert quotidie animas ad æternum convivium conditoris sui. Cui ferculo columnæ argenteæ factæ sunt: quia predicatores sancti eloquili, ce resplicant. Est autem cum columnis argenteis reclinatorium aureum; quia per hoc quod à sanctis predicatoribus lucidè dicitur, mentes audientium fulgorē charitatis intimæ, in qua reclinentur, inveniuntur. Per hoc enim quod lucenter & aperte audiunt, in illud quod clarescit in corde, requeuntur. Columnæ argenteæ, & reclinatorium aureum facta est: quia per lucem sermonis invenitur apud annum claritas quietis. Ille jam quippe fulgor interius mentem radit, ut per intentionem ibi requiecat, ubi prædicationis gratia non requiratur. Sed ad hoc quod claram intus ostenditur, qualis sit ascensus, adiungit, cum de eodem ferculo protinus subdit: *Ascensum inquit, purpureum.* Vera quippe purpura, quia sanguine tingitur, non immensio in colore sanguinis videtur. Et quia maxima multitudo fidelium in exordio nascens Ecclesia per martyrum sanguinem pervenit ad regnum, Rex noster a secundum purpureum fecit in ferculo: quia ad clatum, quo intus appetitur, per tribulationem sanguinis pervenitur. Quid ergo de nobis agendum est? Quæ spes erit, si nullus ad regnum pervenit, nisi qui summis prædictis virtutibus fuerit? Sed adhuc quoque nostra consolatio. Amemus in quantum possumus Deum: diligamus proximum, & simul quoque nos ad Dei ferculum pertinemus, quia sicut illi scriptum est: *Media charitate confratuit.* Habe quippe charitatem, & ibi sine dubio pervenis, ubi & columnæ argentea erigitur, & ascensus purpureus tenetur. Nam quia hoc propter dolentis infirmitatem dicitur, appetere monstratur, cum illic protinus ibidem: *Propter filias Hierusalem.* Sermo etenim Dei, qui non filios, sed filias dicit, quid aliud per sexum sœminum, quam mentium infirmavit?

In expositione beati Job, Lib. 9.

Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, oculi tui columbarum. ab que eo quod intrinsecus latet.) Pulchram narrat, & pulchram replicat: quia alia est ei pulchritudo mortis, in qua nunc cernitur, atque alia præmortuum, in quam tunc per conditoris sui speciem sui sublevatur. Cujus videlicet membra, omnes electi: quia ad cuncta simpliciter incedunt. Ejus oculi, columbarum vocantur: quia magna luce irradiant, quia magnorum signorum miraculi contulunt, sed quantum est hoc miraculum, quod videri potest? Illud de internis miraculum est mirabilis, quod videri non potest. De quo appetere subditur: *Absque eo quod intrinsecus latet.* Magna quippe gloria est appetere, sed longe incomparabilis, occulta retributionis.

In expositione beati Job, Lib. 3.

Sicut vita coccinea, Labia tua flava, & eloquium tuum dulce) Vitta crines capitis astringit. Labia ergo sponte sicut vita sunt, quia exhortatione sanctæ Ecclesiæ, cunctæ in auditorum mentibus diffusa cogitationes ligantur; ne remissa defluant, ne se per illicita spargant, ne ipsa cordis oculos depriment, sed quas ad unam le intentionem colligant, dum vita eas sanctæ prædicationis ligat. Quam recte & coccineam afferit, quia sanctorum prædicationis folio charitatis igne flammescit.

In expositione beati Iob, lib. 33.

Dentes tui sicut greci tonjarum, quæ ascenderunt de lava- cro.) Sancta Ecclesia dentes accipimus eos, qui prædicacionibus suis peccantium durioriam concerunt. Qui non immensio detonsis ac lotis ovibus comparantur: quia innocuam vitam lument, in lavacro baptismatis conversionis pristinæ vellera vetusta poluerunt.

In expositione Ezechieli, Homelia 4, partis secundæ,

Sicut turris David collum tuum, quæ adficiata est cum pro pugnaculo suis. Mille clypei pendunt ex ea, omnia armatura sua.) In collo guttur, in gurute vox est. Quid ergo per collum sancta Ecclesia nisi sacra ejus eloqua diligenteretur? In qua dum mille clypei pendere memorantur, per hunc perfectum numerum numerus universus ostenditur: quia universa nostra munitione in facto eloquo conatur. Ibi quippe sunt praecpta Dei, ibi exempla sufficiunt. In collo ergo Ecclesia: id est in facti eloqui prædicatione, quæ pro sua munitione & altitudine, turn David similis dicitur, mille clypei dependent: quia quoque illic præcepta, tot sunt etiam pectoris nostri munitione. Ecce enim contra arietis potestates festinantes fortis existente, in hac turri armaturam nostram mentis inventimus, unde præcepta conditoris, inde sumamus exempla prædicationis, per quæ contra adversarios nostros ne pugnabilius armemur. Et notandum, quia adficiata cum pro pugnaculo suis dicitur, Hoc quippe agnus propugnacula, quod clypei, quia uterque pugnantem munitionem: sed inter utraque distat, quia clypeum pro nostro munitione, ubique volumus, movemus: propugnaculus autem defendi possumus, sed hoc movere non possumus. Clypeus in manu est, nam propugnaculum non teneat. Quid ergo inter propugnacula & clypeos distat, nisi quod in lecto eloquio patrum præcedentium & miraculaginosus, & virtutes bonorum opem audimus? Hi itaque quam veritate deo dixerint, testantur miracula: quia talia per illum non facerent, nisi de illo vera narrarent. Et quoniam pli, quam humiles, quam benigni existent, corum tenuantur operations. Quid igitur illorum miracula, nisi nostra sunt propugnacula? Quia & mundi per illa possumus, & tamen haec in manu nostri arbitrii non tenemus: nam talia facere non valimus. Clypeus vero in manu est, & defendit: quia virtus patientiae, virtus misericordie, præcedente nos gratia, & in potentate est arbitrio, & a periculo protegit adversitatis.

In expositione beati Job, Lib. 24.

Duo sibera tua, sicut duo binarii capregemne, qui palcamur in litis, donec appetere dies, & inclinatur umbra.) Quæ sunt duo ubera, nisi ex Judæa & gentiliter veniens uterque populus, qui in sanctæ Ecclesiæ corpore, per intentionem sapientiae, ergo est cordis infixus? Ex quo populo, hi qui electi sunt, idcirco capræ hinnulisque comparantur, quia per humiliatem quidem, pravos se ac peccatores intelligunt: sed de his per charitatem currentibus, si quia obsecula de impedimento temporalitate obviant, transirent, & datis contemplationis salibus, ad superna confundunt: qui ut hæc agant, præcedentium sanctorum exempla conspicunt, unde & in illis pasci referuntur. Quid vero per illa, nisi illorum vita declaratur, qui versatæ dicunt: Christi bonus odor sumus Deo? Electi ergo, ut aliqui lumina prævaleant, conspicunt odo randa & candida iulorum vita, inhianter jam quidem videre Dominum suum: jam de eis contemplatione latitai charitatis alibus in ardore debent: sed quia in hac vita politi, necdem valent, per præcedentium interim patrum exempla solvantur. Unde & appetere illic tempus de ipso libertum pati debetur, dum dicitur: *Donec appetere dies, & inclinatur umbra.* Tandiu quippe rectificatorum exemplis indigenus, donec prædictis mortalitatis umbrae aterno die aspirante, transeat. Cum enim hujus temporalitatis umbra transacta, ac mortalitatis fuerit inclinata, quia ipsius dies internum lumen cernimus, nequamquam jam appetimus, ut ad amorem eius per aliorum exempla flagremus. Nunc autem quia necdum eum inueni possimus, summopere necesse est, ut corum qui illud perfecte sunt lecuti, conspicatis acti onibus incitemur.

In expositione beati Job, Lib. 17.

Coronaberis de capite amara, de vertice sanæ & herminæ, de cubilibus leonum.) Quid leonum nomine, quam demona deli-

designantur, quæ ira contra nos atrocissima credulitatis inficiunt? Et quia peccatores ad fidem vocati sunt, quorum quandam corda leonum cubilia fuerunt, dum vicis le mortem Dominus eorum confessione creditur, quasi de leonum cubilibus coronatur. Remuneratio quippe viciorum corona est. Totiens ergo ei coronam fideles offerunt, quotiens hunc vicisse mortem ex resurrectione continentur.

In expositione beati Job, Lib. 15.

Mel & lac sub lingua tua. Plerique iustorum, dum quodam agere perverse conspicunt, qui duris sunt in cripationibus feriendi, lingue asperitatem sumunt: sed sub lingua mentis sua benignitatem contegunt. Unde sanctæ Ecclesiæ sponsi voce dicitur: *Mel & lac sub lingua tua.* Qui enim mentis dulcedinem aperire infirmis nolunt, sed loquentes quadam eos aperitare ferunt, & tamen inter verba altera, quasi latenter quiddam dulcedinem intermittunt; hi videlicet non in lingua, sed sub lingua habent dulcedinem: quia inter dura quæ proferunt, emittunt quædam blanda & dulcia, quibus mens possit ex benignitate reservari.

In codice regulæ pastoralis, titulo 15.

Emissiones tue paradisi malorum punicorum. Quid per mala punica, nisi fidem unitas designatur? Nam sicut in mala punica, uno exteriori cortice, multa interiori granum unitur: sic innumerous sanctæ Ecclesiæ populos unita fidei contingit, quo in multis diversitas meritorum tenet.

In expositione beati Job, Lib. 27.

Surge Aquilo, & veni Auster. Per Austrum, qui nimis calidus ventus est, non immergit spiritus sanctus designatur: quo quisque dum tangitur, ab iniuriantibus corpore liberatur. Unde bene in Cantico cantorum dicitur: *Surge Aquile, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Aquiloni enim jubetur ut surget: ut nimis est, qui mortalium corda restringit, aduersarius spiritus fugiat. Auster enim venit, & hortum perflat, ut ejus aroma defluat: quia per adventum sancti Spiritus, dum mens hominis repletur ex eo, mox opinio virtutum apergitur, ut jure jam lanctorum lingua, quasi hortus Auster perflat: *Christi bonus odor sumus.*

In expositione Ezechieli, Homelia 2. partis secundæ.

Ego dormio, & cor meum vigilat. Contemplativa vita amabilis valde dulcedeo est, quæ super semetipam animam rapit, celestia aperit: terrena autem debet esse contenta, prius ostendit, spiritu mens oculis pacificat, corporalia abscondit. Unde bene Ecclesia in Cantico cantorum dicit: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Vigilanti enim corde dormit, qui per hoc quod interiori contemplando proficit, ab inquieto foris opero quietescit.

Item in expositione beati Job, Lib. 23, de quo supra.

Ego dormio, & cor meum vigilat. Ac si diceret, dum exterioris sensus ab hujus vita sollicitudinibus sopio, vacante mente vivacius interna cognoscere. Foris dormio, sed intus vigilo: quia dum exteriora, quasi non sentio, interiora soliter apprehendo.

In expositione Evangelica, Homelia 25

Anima mea liquefacta est, ut locutus est. Mens hominis, conditoris sui speciem non querentis male dura est: quia in semetipam manet frigida. At si ardore jam ex desiderio cœperit ad sequendum, quem diligit, liquefacta per ignem amoris currit. Sit desiderio anxia, viles cum in seculo cuncta quæ placebant: nil est quod extra conditorem libeat: & quæ prius delectabant animum, sicut postmodum vehementer onerotha. Nihil ejus mortispiam consolatur, quo-

usque adhuc quod desideratur, non aspicitur. Miseret mens lux ipsa fastidio est. Talique igne in mente decoquuntur rubigo culpa. Et succensus animus, quasi more auri, quia per usum speciem perdidit, per incendium clarescit.

In expositione beati Iob, lib. 27.

Invenierant me custodes, qui circumdeunt civitatem, percusserunt me, vulneraverunt me, tales sunt pallium meum mihi custodes murorum. Quarentem (ponam vigiles inveniunt, tamque vulnerant: quia unquamque animam redemptoris sui jam speciem requirent, cum solliceti doctores inveniunt, hanc per prædicationis verbum cœlestis amoris spiculis vulnerant: & si quod ei adhuc de veritate conversationis tegmen inest, subtrahunt: ut quo exuta ab huiusmodi onere redditur, eos is qui queritur, ab illa citius inveniatur.

In expositione beati Iob, Lib. 34.

Caput eius aurum optimum. Quia caput Christi Deus. Nil vero est in metallis auro fulgentius: sponsi caput aurum dicunt, quia ejus humanitas ex divinitatis tuae nobis claritas te principiat.

In expositione Ezechieli, Homelia 8.

Pulchra et amica mea, suavis & decoras fuit Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Quia Hierusalem visio pacis interpretatur, cuius nomine patria cœlestis exprimitur, sancta Ecclesia suavis & decora, ut Hierusalem dicitur, quia ejus virtus desiderium visioni jam pacis intima comparatur: ut in eo, quod auctorem suum diligat, quod ejus speciem videre concupiscit, de quo scriptum est: *In quem desiderant angeli propisciere, per ipsa jam amoris sui desideria angelis similes dicuntur.* Quæ quantum Deo amabilis efficitur, tantum agit, ut malignus spiritibus terribilis sit. Quaker autem sit terribilis, subiecta comparatione ostenditur: id est, ut castrorum acies ordinata. Quid est quod Ecclesia sancta hostibus suis, ut castrorum acies sit timenda? Non enim a magno intellectu vacat ista comparatio: & idcirco subtiliter intuenda. Scimus & constat, quia castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur, quando ita fuerit constituta atque densata, ut in nullo loco interrupta videatur. Nam est ita disponitur, ut locus vacuus, per quem hostis possit ingredi, dimittatur: profecto jam suis hostibus terribilis non est. Et nos ergo, cum contra malignos spiritus certaminis aciem ponimus, summoperè necesse est, ut per charitatem semper uniti atque constricti, ut nunquam interrumpi per discordiam inveniamur quia quamlibet bona opera in bonis fuerint, si charitas desit, per malum discordie locus aperitur in acie, unde ad festos nos valeat hostis intrare.

In Homelia Ezechieli 4. partis secundæ.

Sicut cortex malipunici genatua, ab his occultu tuus. Genat sunt sanctæ Ecclesiæ spiritales partes, qui nunc in ea miraculis coruscant, & velut in ejus facie venerabiles apparent. Cum enim videmus multos mira agere, ventura prophetare, mundum perfectè relinquent, cœlestibus desideriis ardore, sicut cortex malipunici sanctæ Ecclesiæ genat rubent. Sed quid illud est, omne quod mirarim in illo rei comparatione, de qua scriptum est: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor homini ascendit, que preparavit Deus diligenter se.* Bene ergo, cum miraretur genas Ecclesiæ subdidit: *Ab his occultu tuus.* Ac si aperte diceretur, Ea quidem quæ in te non latent, magna sunt: valde ineffabilia, quæ latentes.

In expositione beati Job, Lib. 29.

Quæ est ista qua progreditur quasi aurora consurgens? Sancta Ecclesia cœlestis vita præmia appetens, aurora vocata est: quia dum peccatorum tenebras deferit, justitia luce fulgebit. Habetus tamen subtilis aliquid, quod considerata qualitate diluculi, vel auroræ pensamus. Aurora namque & diluculum, noctem quidem præterisse nunciant, nec tamen diei claritatem integrum ostendunt.

Sed dum illam pellunt, hanc suscipiunt: lucem tenebris permixtam tenent. Quid itaque in hac vita omnes qui veritatem sequimur, nisi aurota vel diluculum sumus? quia & quadam jam qua lucefumus, agimus: tamen in quib[us]dam adhuc tenebrarum reliquias non caremus.

In expositione beati Job, Lib. 31.

Natus tuus sicut turris David, que est in Libano.) Per natum odores factoresque discernimus. Et quid per natum nisi provida sanctorum discretio designatur? Turris vero speculationis in altum ponitur, ut hostis veniens longe videatur. Reste ergo natus Ecclesie turri in Libano similis dicitur: quia sanctorum provida discretio, dum sollicitè circumque conspicit, in altum posita, priusquam veniam culpa, depredit; etiamque quo vigilanter praeponat, eo formiter declinat.

In expositione Ezechieli, de quo supra, Homilia 17.

Ut ergo servetur veritas praedicandi, teneatur necesse est altitudo vivendi. Unde recte quoque sancta Ecclesia sponsi vocem Cantus cantorum dicitur: *Natus tuus sicut turris Libani.* Quae ergo laus est fratres mei, ut sponsa natus turri comparetur. Sed quis per natum temper odores factoresque discernimus, quid per natum nisi speculatorum discretio designatur? Qui nimis natus, sicut turris Libani dicitur: quia videlicet praepositorum discretio, & munera semper debet esse ex circumspetione & altitudine vita confitentia est, in vale infirmi operis non jaceere. Sicut enim turris in monte iudeo ad speculum ponitur, ut hostes qui veniunt longius videantur: sic praedicatoris vita semper in alto debet fixa permanere, ut more natum discernat factores vitorum, odoresque virtutum in cursus malorum spirituum longè propiciat, & com, missas sibi animas per tuam prudentiam cautas reddat.

In expositione beati Job, Lib. 12.

Videamus si floruit vinea si flores fructus parturiant.) Florent vineæ, cum mentes fidelium bona opera proponunt. Sed fructus non parturunt, sed eo quod propoluerant, aliquibus vieti terroribus infirmantur. Non ergo intuendum est si vineæ florent, sed si flores ad patrum fructuum convalecant: quia mirum non est, si quis bona inchoeret, sed valde mirabile, si mentione recta in bono opere perdiueret.

In expositione beati Job, Lib. 16.

Quae est ista que ascendit de deserto, delicijs affluens?) Nimirum sancta Ecclesia, nisi verborum Dei affluerit delicijs, de deserto vita presentis ascendere ad superiora non potest. Delicijs ergo affluens & ascendens, quia dum mysticis intelligentijs pacetur, ad superna quotidie contemplanda subelevatur.

In expositione beati Job, Lib. 18, juxta septuaginta interpretes.

Quae est ista que ascendit debeat?) Quia sancta Ecclesia ecclesiæ vitam naturaliter non habet, sed superveniente spiritu, pulchritudine donorum componitur, non alba, sed debeat memoratur.

In expositione beati Job, Lib. 30.

Pone me ut signaculum super cor tuum.) Idcirco rebus signaculum ponitur, neque diripientium presumptione temerentur. Sponsus ergo in cor, ut signaculum ponitur, quando fidei eius mysterium in custodiæ nostræ cognitionis imprimatur, ut ille infidelis servus, nimirum noster adversarius, cum ligna fiderit considerat, tentando eum non rumpere non præsumat.

In expositione Evangelica, Homilia 7.

Quia fortis est, ut mors dilectio.) Sicut mortis corpus intermit, sic ab amore rerum corporalium æterna vita charitas occiditur. Nam quem perfete absorbiuit, ad tertiana mortis desideria velut intensissimum reddit.

In expositione beati Job, lib. 19.

Soror nostra parva est, & ubera non habet.) Sic ut unius cuiusque hominis, sic sanctæ Ecclesie ætas describitur. Parvula quippe tunc erat, cum à nativitate recens etiam vita prædicare non poterat. Hinc enim de illa dicitur: *soror nostra parvula est, & ubera non habet,* quia nimis sancta Ecclesia, priusquam proficeret per incrementum virtutis, infimis quibusque auditoriis præbere non potuit ubera prædicationis. Adulta vero Ecclesia, quando Dei corpus copulata, sancto Spiritu repleta, per prædicationis ministerium, in filiorum conceptione festatur, quo eductando partur, convertendo parit. De hac ejus etate Dominus dicitur: *adolescentula dilexerunt te.* Universa quippe Ecclesia, quæ unam Catholicam faciunt, adolescentes vocantur, non vetustæ per culpam, sed ætate mentis ad spiritualiter con- grue secunditatem.

In expositione Ezechieli, Homilia 2, partis secunda.

Quæ habitat in horis, amici asperulant, facie audire vocem tuam.) In horis sancta Ecclesia, in horis unaquaque anima habitat, quæ jam viriditatem ipsi, & bonorum operum est repleta. Si cœa quippe spes est hujus seculi, quia omnia, quæ hic amantur, cum festinatione marcerunt. Et Petrus nos Apostolos festinare admonet, dicens: *In hereditatem incorruptibilem, in contaminatam, in immortabilem.* Quis ergo jam in horis habitat, oportet ut sponsum tuum, suam vocem audire faciat: id est cantum bone prædicationis emitat, in qua ille delectetur, quem desiderat. Amicis autem, videlicet omnes electi, qui ut ad celestem patriam reverent, verba vita defiderant,

In expositione beati Job, Lib. 17.

Fuge dilecte mi.) Fugit nos dicimus, quotiens membra nostra, id quod reminisci volumus, non occurrit. Fugit nos dicimus, quando id quod volumus, memoria non tenemus. Sancta ergo Ecclesia, postquam mortem ac resurrectionem Domini, & ascensionem deferit, clam ei propheticæ plena spiritu: *Fuge dilecte mi, fuge.* Ac si diceret: Tu qui ex carne comprehensibili factus es, ex divinitate tua intelligentiam nostræ tenuis excede, & in te ipso nobis incomprehensibilis permane.

Expositionis allegoria in Cantica cantorum Salomonis, Finis.

BEDÆ PRESBYTERI DE TABERNACULO ET VASIS EJUS, AC VESTIBUS SACERDOTUM, Liber Primus.

CAPUT PRIMUM.

Moses in montem Dei, cum Ioseph ascensio, Aaron & Hur regimen populi reliquit.

Ocurrit juvente Domino de figura Tabernaculi & vasorum, atque utensilium suis, primo sicut loci, & circumstantias rerum, quomodo sicut haberint, quandoque haec fieri præcepta sunt, impetrare utique atque attentus considerare debet. Omnia autem, sicut apostolus ait, infra continua gebant illis scripta sunt autem propter nos. Omnia videlicet, non solum facta vel verba, quæ sacris literis continentur, verum etiam locorum, & horarum & temporum suis, & ipsarum quoque in quibus gesta, sive dicta sunt circumstantia rerum.

Dixi, inquit, Dominus ad Moysen, Ascende ad me in montem, & ego ibi. Daturus ergo legem Moysi Dominus, primo illorum